…or simul. Vos autem homines ad hunc modum cognoscitis, vt Aereos iudicetis, a multiloquio, Terreos a multo risu, Igneos a Veneris voluptatibus, Aqueos a delicta omnibus ex aqua sumtis. At quæ qualisq; horum cognitio necessaria sit, a vulneribus, non a corpore, vel conditionibus vulnerati sumenda esse dico. *Aereus, &c. vnde quis esse dignoscatur.*

Vtut hæc se habeant, recepta sumenda sunt ex temperamento quatuor elementorum, vt receptum vnicum in eiusmodi quadruplicia vulnera potestatem habeat. Nam fieri minime potest, vt aliquid absque simili temperamento curari sanarique queat. Hoc est verum temperamentum, quum virtutes quatuor elementorum simul in corpus vnum rediguntur, vt ex eis vnica mixtura, & vnica tantum operatio, carens omni contrarietate, sic, vt ibidem vnius Mumiæ solum natura sit, ex quatuor tamen procedens. Non prout quis vinum & aquam simul confundit, eoque putat, quod in corpore mixta sunt, eorum virtutes etiam vniantur: hoc falsum est. Aut si nenuphar in vino coquerem, scolopendriam, mannam, aut lauri baccas, &c. & hac via cu… rem corporum atque virtutum eorum simul commixtionem, vel potius vnionem dicere: falsum etiam foret intentum, quod permixtio quæuis absque substantia corporũ suorum fieri debeat. Quapropter vulnerum curæ nunc & in posterum assumenda, primo, quod ad manum & chirurgiam attinet. Principio medicamentorum præparationes, deinceps vulnerum cognitiones, tandem præparationes vulnerum, & postremo vulnerum curæ, post vnum aliud ponetur: quorum quatuor intellectum ex sequentibus accipite. *Recepta vnde sumenda.* *Tẽperamentum verum.*

Animaduertite vos medici quotquot estis in genere, Doctores, aut quiuis alii qualescunque fueritis, qui vulnerum artem & curas habere iactabunde passimque pergitis. Penes vos, eos etiam puto, qui naturam viribus fraudant, atque virtutibus …s, imo perditus eneruant, siue textu, vel commentis Academiarum, aut aliis nugis …fiat: præcedentis meæ demonstrationis finem attigi. Verum latius est, quod vnus al… …i dipteram iam concutiat melius, absque pileoli rubei, vel magni cuiusuis nominis …alive respectu quopiam. Quam Theophrasto mensuram fecistis antea, nunc est, …od eam iam recipiatis. Pugna seria centuplicata, non iocosa dimicatione vobiscum …re cupio. Si quid honesti vestra contineant recepta, vel tota vestra medicina veri …tillum habeat, prodite contra me nunc in lucem. Serio iam agitur magis, nempe …eptis meis, quibus vulnera superantur, & curantur, & vestris, quibus econtra per…ntur, vulnerati funditus. *Medicorum reprehensio.*

Sumite primum, & resarcite simul, glauca Galeni consilia caluaque, nec non alio…m omnium patronorum, quotquot habetis eorum, qui falsa recepta vestra patro…ati sunt hactenus, occasionemque dederunt vobis iuxta suæ doctrinæ tenorem, …usmodi vos impostoris alendi. Si quid in Græcorum, Auicennæ, vel aliorum eius …inæ scriptis hominum est fundamenti, defendite iam, & ad lucem producite. Si …id etiam vtile scriptum sit vnquam ex traditionibus vestris, & industria, proferte, …leteque vos, qui Schwollis & Monspessulum ex opposito constent.

Receptum fide dignum, & consolatione plenum ad omnia capitis vulnera, corporis, & membrorum omnium, ac similium, exceptis …tis … vulneribus.

℞. *Axungia, Butyri ana lib. 1. Liquoris Pariel… … Confi… auree C… … ma… … a vertone m … Serpentariæ, Plantaginis ana … vertro … m ß.* Omnia commixta simul …eri suo o … ad vnguenti vel butyri formam. Huic adde, *Ad omnia cap… v… vulnera.*

… Lumbrico… ℥ ß. … bona ℥ ß. Mumiæ … ℥ … ad vn…

tum. In vnguenti formam reduc. Vestra voluite reuoluiteque recepta, videteque num illa simul omnia, hoc vnicū virtutib. æquare valeant. En pro vobis flocci vix facio vos.

Aliud.

℞. *Butyri crudi, Mumiæ Medullæ ana lib.* v. *Aristolochiæ rotundæ, Consolidæ aureæ ana* ℥ v. Simul permisce, donec liquores & butyrum vnum fiant. En iterum, si quid valetis, huic audacter vnico, vestris omnibus receptis oculum eruite. Sed ne credatis me vos Helueticis tantum vnguentis expeditos velle, quæ tamen in conflictibus exercituum, cuncta vestra pudefecerunt vnguenta, cū chirurgis vestris: hoc etiā perlegite.

Aliud.

℞. *mellis crudi lib.j.ß. Succi Parthenionis, Peruincæ, Pirolæ, singulorum vertonem j.* ß inde mixturam facito.

Aliud.

℞. *mellis crudi lib.vj. Visci, Consolidæ maioris lib. ij. Croci Martis lib.* ß. & permisce. Si præscripta recepta præ manibus acciperetis, quod facile non fecerit scio, tum primum intelligeretis ab experientia, quam enormes errores in vestris receptis hactenus cōmissi ac admissi fuerunt. Et si fortassis illa minus digna vobis videregtur, quam, vt recipere velletis (quæ communis est vestræ farinæ hominum conditio, quo meliora quæque fuerint, vt eo minoris illa faciant) iam altiora vobis proponam, quo sat sit, quod contemnatis.

Aliud.

℞. *Terebinthinæ, Olei lini ana lib. iij. Florum æris, Croci Martis, Salis fusi ana* ℥ *j. Liquoris Parthenionis* ℥ *iiij.* Coquātur in spissitudinē satis corpoream. Et quamuis ego receptum hoc non vocem balsamum, vt vestra conditio est, vestra quotquot habetis balsama colligite, quibus huic vni rursus oculum eruite, si quid potestis.

Aliud.

℞. *Terebinthinæ, Mellis cocti, Succi Parthenionis, Serpentariæ ana lib j.* Coquantur simul in suam spissitudinem.

In his meis receptis quærite, si corpus vnicum vltramarinum inueniatis. Dico plus imposuisse vos hominibus, vestris illis Vltramarinis, quam probe cum eis egisse. Ceterum credite mihi fideliter asserenti, Græca & Arabica recepta regiones alias omnes perdite seducere.

Mumia dominū ad curam vulnerū.

Aliud receptum, in quo Mumia potentissime dominatur, ad omnium vulnerum curam.

℞. *olei anetini, Lini, ana lib j. Terebinthinæ lotæ, vertonem j. Carabis triti* ℥.j. *Colcotharis, Croci Martis, Florum æris ana* ℥.ij. fiat viscus.

Aliud simile.

℞. *olei ouorum* ℥ *x. Olei nucum lib j. Olei lini* ℥ ß *Carabis contusi* ℥ *ij.* Coquantur in viscum, & huic adde *visci Consolidæ maioris, Lumbricorum ana* ℥ ß.

Quid opus est, vt multa variaque recepta ponam, cum duo vel tria tantum ad omnia vulnerum genera sufficiant, ac mihi magis inscitiæ verti posset: nisi factum ea de caussa, vt constaret hominibus, quam vilia recepta vestra, contemptuque digna sint, & quod minimum inter illa quæ posui, certo certius omnia, quæ scripsistis vnquam, excellat. Verum chirurgos inter varia capita, sensusque diuersi reperiuntur. vni illitus, huic vnguēta, potiones vulnerariæ tertio, quarto fixum, & quinto lixum arridet. Quapropter, vt omnium appetitui per me satis fiat, in similibus plura hæc notate recepta, quæ sequuntur in hunc modum.

Chirurgorū diffus. sensus.

Potio

Potio quædam vulneraria, quæ sumentis mane vesperiq, haustum eius vnicum, vulnera quæq, persanat intus & extra.

℞. *de cornibus cerui manipulos sex, Pirolæ, Consolidæ aureæ, Aristolochiæ, Parthenionis ana M. j. Agrimoniæ, manipulos duos*: pone simul omnia in vinum recens & permitte sic in fimo equinto digeri, & renouato, rursusque digeri sic tertio finito per mediam hyemem: ex vna sex mensuras hac ratione conficies. Potio vulneraria.

Alia potio vulneraria priori similis.

℞. *ceruisiæ recens coctæ mensuras xx. Succi de cornibus cerui mensuram j.* & simul digerantur.

Alia.

℞. *siceræ mellis recens coctæ, mensuras xxx. Serpentinæ, Agrimoniæ ana manipulos iiij. Parthenionis manipulos vj*, &, vt supra digerantur.

Alia.

Suprema potio vulneraria est, vt succum de cornibus cerui destilles, eiusq, liquoris cochlear semis in potum administres, postea nihil amplius. Eo potu sanatur vulnus feliciter. Iam vide tu, quid potioris habeas: hoc adfer.

Emplastrum.

℞. *ceræ mellitæ lib. j. Visci prædicti vertonem j. Mumiæ ex cruribus ℥ iij. Pulueris Parthenionis, Chelidoniæ ana ℥ j. ß.* inde fiat emplastrum.

Alia.

℞. *ceræ mellitæ, Terebinthinæ, Visci præparati ana lib. j. Olei lini, lib. iij. Lithargyrii præparati, Calaminaris præparati ana lib. j.* Coquantur in emplastrum.

Pulueris ad vulnera compositio.

Vt his etiam pulueres addam, ob quos nonnulli sese iactabunde plurimum extollunt. ℞. *Croci Martis, Veneris atque Saturni ana ℥ ß. Mercurii dulcis drachmam semis*, inde fiat pulvis.

Etsi minime necessarium, in vestræ tamen pompæ repressionem, operæpretium est varia recepta ponere: cœruleum aut glaucum vnum, aliud viride, vnum ex lapidibus, aliud ex gummi vel corallis, tertium ex mastice, &c. Nec ea prætermittere volo, sed ex transmarinis etiam recepta ponere, quanquam ista centuplicato superentur ab aliis, quæ superius posui: nihilominus addita non alia de caussa, quam, vt antiquorum error suis in receptis palam fit, vt infra. Recepta varia cur ponat.

Emplastrum cum vltromarinis ad omnia vulnera, nullo prorsus membro corporis excepto.

℞. *Olei oliuarum lib. j. Ceræ lib. j. ß. Lithargyrii lib. ij.* coquātur in cerotum, cui adde *Thuris, Masticis, Myrrhæ ana ℥ ij ß.* Commisceantur, & adiice *minii ℥ iij.* pinse manib. extrahendo cum *℥. ß. Camphoræ in oleo anetino, vel ex Verbasco.*

Aliud.

℞. *Oliuarum olei lib. j. Masticis, Thuris, Myrrhæ, Oppopanaci, Serapini, Storacis, Bdelii ana ℥ j.* Coquantur in formam: postmodum accipe *ceræ lib. j Calaminæ præparatæ lib. ß.* coquantur in cerotum, & pinse cum camphora, prout supra.

Aliud.

℞. *ceræ nouæ lib. j. salis parthenionis, Mumiæ medullæ, ana ℥ iij.* liquesacigne. Iam aspice recepta scribentium veterum, & meæ conditionem scriptionis ex opposito, ambobus vtere modis, & antiquorum scribentium simplicitatem experieris.

Balsamum.

℞. *Oliuarum olei lib.ß. Olei de nucibus nostratibus lib.j. ß. Mumiæ de medullis ℥ 9. Mumiæ pinguedinis ℥.9. Consolidæ aureæ, Florum centaureæ ana ℥ 15.* digerantur ad solem. Balsamum hoc altius & excellentius reperies, quam recepta quæuis hactenus scripta: reliquum hoc scite, si recepta componere vellem ex transmarinis e diuersis regionibus collectis, omnes sectas vestras confunderem; libros, pharmacopolas, atque thesauros vestros, quos ab Adami temporibus hactenus collegistis: eo vos redigerem, vt & canes vestri misereri cogerentur, quod hactenus tam egregia simplicia perperam in recepta compilastis: imo, vt muscæ vobis supersedere dedignarentur, nisi suum oletum emittendi caussa. Verum nisi tanta necessitas vrgeret, meque tam ardue solliciteque ad hoc mouissetis: aliquoties velo paruulo dedecus hoc vestrum tegere voluissem, ne tantam in miseriam prorsum incidissetis, vt vestri tantum miserandum foret. Vt ad nos redeamus. Dico latius, supremum, in quo Mumiam pono maximam & potissimam, consistit in salibus, vt istis acredinem & asperitatem auferatis, & statim atque dulcedinem receperunt, maxima supremaque Mumia facta sunt. Metalla similiter & Antimonium sine corrosiuis in liquorem adducta, mumias omnes excellunt. Item, vbi Tereniabin a spumis atque fecibus separantur, maiorem producere mumiam chaos minime potest istis, quæ dicta sunt. Et quicquid ex terra in purum viscum transit, hoc ipsum est mumia terræ. Item quum Nostoch in spiritum extra suum corpus educitur, ignis est mumia. Quapropter ad ista mumiæ quadruplicia genera, stolida capita primum acuite vestra: Beanicas illas veteres conditiones relinquite. Tum demum in Scholam vos conferte, quid transmutationes & præparationes exsistãt, addiscite. Nam in istis omnis chirurgiæ supremi latet arcani fundamentum.

Balsami præstãtia. *Medicorũ reprehensio acris.* *Mumia suprema præparatio.* *Antimonium.* *Tereniabin.* *Mumia terræ.*

Declaratio vulnerum solum consistit in coniunctione suarum partium ad hunc modum, videlicet, vt membra simul coniungantur in pristinum statum, & per huiusmodi naturæ coniunctionis aptitudinem, venæ simul iterum e directo conueniant, nerui, ligamenta, ossa, carnes ac similia quæque: id ipsum per concauos asseres, quod quidem instrumentum coniuncta membra semel, suo dimoueri loco non sinit. Hoc te docet vsus cum industria cognoscere. Quapropter dicere quidem audeo, rusticos & quosuis plebeios negotium istud minime decere. Non est etiam, quod hoc loco, nomini, vel arti suæ quisquam fidat, vt barbitonsores & balneatores solent, quorum pars maior huiusmodi caret industria, sed ineptitudine vulnera dislocant. Nequaquam etiam farciẽda sunt, quod vulnerum perditionis initium vnum exsistat futura. Quamobrem aptitudo summopere tibi quærenda est, ac appetenda vulnerum in cõiunctione, vt ignorantia tua vulneratos non perdas.

Vulnerũ cõiunctio qui fiat. *Barbitonsorum inscitia.* *Vulnera non farcienda.*

Præparatio vero vulnerum est, dum sanguis adhuc ab eis profluit, vt sistatur: postMumia superponatur. Nec est, quod cures verum ossium fragmenta, vel similia manserint in illis, quæ ferramentis extrahere nullo modo tentes, quod ista pellẽdi purgandique munus Mumiæ relinquendum sit: hæc enim aptius, quam ferra, vel instrumenta quæuis euellere possi it, expellit. Verum flauæ tuæ capsulæ hoc ipsum efficiunt, vt ferramentis fodere coactus sis, & instrumentis vulnera deprausre: superius tantummodo curare, fundo putrido per te relicto. Quamobrem ego, te merito per aliam viam ducere debeo, quam ea sit, qua graderis in dies: ad hoc mouet me tui ruditas ingenii, quæ balneatoribus ac tonsorib. adhæret. Isti sese tueri non alias norunt, quam eo solo, videlicet: *Magister ego Ioannes* (inquit hi) *vocor barbitonsor: ille magister Vlricus balneator.* Cura postmodum sequitur in hanc sententiam, vt medicamentum, quod

Vulnerũ præparatio. *Ossiũ fragmenta nõ extrahenda.*

quod vulneri superimponis, applicare probe notum habeas. Quod quidem experientia mumiæ conditionum acquiritur, vt in emplastris. Nonnulla manent ab exordio primæ ligationis ad finem vsque sanationis, vt vnico sub emplastro curetur vulnus. Talia sunt ex mumiis fixis emplastra, quæ tamen reuerberatæ mumiæ sunt, viginti-quatuor horis duntaxat relinquuntur: & quæ sunt attractiuis commixtæ, duodecim, & hoc omne cum permutatione. Sunt & aliæ Mumiæ quædam ex balsamali Mumia, quæ semel adligatæ vulneribus, per tres, vel quatuor septimanas, suas retinent vires. Pannis etiam mundissimis ligationes quum fiunt, quodque vulnus curari sanarique potest. Aliqui pulueres habentur, qui singulis octonis renouari volunt horis, quod ad superpositionem attinet. Similiter aliæ Mumiæ sunt, quarum superius multarum est facta mentio, quæ multo citius curant, quam futura fieri queat. Itidem nonnullæ vulnerariæ potiones existunt, quarum haustus vnus in tertiam aut quartam septimanam operatur, donec sanetur vulnus, vti Mercurialis fert conditio. Mumiales huiusce modi conditiones ex Mercurio possunt intelligi, qui postquam semel cœpit mundificare, per mensem integrum absque motu supplet. Ab experientia proprietates istas depromere debes, quod scriptis perfecte nequeant exponi. Fundamentum namq; medicinæ hoc est, vt operatio quæuis peculiariter vsu, tum experientia disci debeat. Ex Anatomia pariter quilibet Chirurgus aptus industriusque fieri, sic vt nullum in toto corpore membrum existat, quod non in mente fixum habeat, quo quum læsum aut sectum fuerit, connectere secundum eandem Anatomiam, per instrumentum concauum rite valeat. Alias quicunque chirurgus didicerit, aut rem ipsam intellexerit, medicus nulla ratione dici meretur, sed potius carnifex.

In emplastris quæ notanda.

Panni.

Puluis.

Mumia citissima cura.

Potio.

Chirurgus debet esse Anatomus.

COGNITIO FODICATIONVM, AVT CONFOSSORVM *vulnerum, iaculorum, ictuum, casuum, contusionum, &c.*

CAPVT IIII.

Latius atque de vulnerum aliis generibus loquendum est, vti de fodicatis, iaculis, aut casibus factis, idque genus reliquis: quæ quidem ab aliis non alias differunt essentia, præter quod confossa, vel iaculis icta strictiore sint orificio, profundiusque venas & carnes aliis & sectis vulneribus intrent, quo fit, vt non ita commode curari valeant. Nam accidentis cuiusuis conditio talis est, vt circum se plurimis cauernis dilectetur, & amplis. Quo fit, vt patentia magis compressis minore sollicitudine satis indigeant, & illis, quibus orificium strictius extiterit. Et quãto supernis magis vulnus aliquod stringitur, tanto periculosius in fundo fuerit iudicandum. Quod cum fodicatis & iaculis inflictis euenire solet vulneribus, quum inflantur exterius, introque versum protendit accidens, ad eosdem lacertos atque venas. Quo fit, vt ad mortem apertis & patentibus proniora exterius sint. Animaduertendum etiam in similibus, ea quæ relicta sunt a fodicationibus, aut iaculorum ictibus ramenta extrahenda mox fore, priusquam tumores & accidentia veniant. Quod nisi fiat, ea procliuia magis ad mortem, quam ad vitam cognoscenda sunt. Quare statim atque signis admodum apparentibus, tale quid ob oculos extiterit, aut in dubio relinquenda sunt instrumenta ferrea, Mumiæque munus & officium extrahendi committendum. Quod istorum cura quandam aliam aptitudinem habeat, idque ratione duplici: priore quidem, vt iuxta iaculum aliud vulnus incidatur, Mumia solum in attractionem permixta, manibus vero non extrahatur: quicquid enim hac via per medicinam extrahitur, vitæ

Accidentium conditio.

Vulnus angustum periculosum.

Relicta extrahenda.

Relicta quomodo extrahenda.

nullatenus reluctari poteſt. Simile quid in contuſionibus & caſibus contingere ſolet, vt ibidem etiam alia ſtudio vulnera fiant, vel arte, quo melius accidens in exitum prorumpere valeat, & introrſum ad vitam adimendam non protendatur latius: aut extrinſecus Mumia ſedetur, & expellatur. Nam qualiſcunque fuerit caſus aut contuſio quæuis, & quantumuis aſpera durave, glauca vel nigra, per Mumiam a membro deletur ſine inciſione, vel ſaniei quapiam eiectione. Quandoquidem inflationes iſtæ corruptiones minime ſunt, aut corruptæ naturæ, ſed in bonis partibus tumores tantum. Quapropter ita præter amplius accidens abeunt. Si caſum tamen, contoſſum, ictum, aut ſimile quid, ad internas regiones contingeret penetrare, vt venæ, vel quidpiam aliud ruptum foret, quo regionibus iſtis extranei quid accidiſſet: ibidem adhibenda ſumma cum diligentia tibi cura, ſimili pellendi modo, quo docebitur infra. Vbi vero ob ferrum alias reluctaretur aut hamos, exireque nollet, idipſum non retrograditur, at vltra protrudendum erit ad partes oppoſitas: aut alias putrefactione dilatandum orificium introitus, idque niſi vitæ præiudicium adferat: poſtmodum attractiua Mumia ſuperpoſita, qua tumor ſedatur, & auſertur accidens, attẽtari poterit, ſi cuſpis alata ferreaq; retrocedere poſſit, eo quo ſubintrauit. Admonitum etiã te velim, ne quicquam ferramentis coneris agere, membrumq; labefactes, niſi fortaſſis extrahendum prope cutim accederet, aut eſſet in aliquo plano, in quo nullũ foret periculum arripere: quamuis abſq; Mumia raro fieri valeat. Similiter eiuſdẽ attractiuæ Mumiæ natura conditioneq; nonnunquam incuſſi corporibus tormẽtorum, vel bombardarum globuli remanentes, retrorſum attrahuntur, ni forte in alienam regionem deciderent. In quibus animaduertendum eſt, Mumiam in extraneis regionibus non habere poteſtatem aliquã. Quapropter vbi globulus in corpus traiectus ad inteſtina, vel diaphragma ſubtus vel intus aduenerit, ab eis locis extrahi nullo modo poteſt. Itidem ſi fiſtulas intrarit, ac deorſum reſederit, in aliam regionem tranſiuit. Et quamuis Mumia tam potens foret, vt globulos ad ſe trahere valeret, id fiſtulæ concauitas minime patitur. In iſtis igitur maxima cura diligentiaq; videndum, quid & quinam agatur.

Ferramẽtis nihil tentandũ.

Globuli tormẽtorum, qui per Mumiam extrahũtur.

DE PRÆDICTORVM CVRIS, ET EIS, *quæ requiruntur in ſimilibus.*

CAPVT V.

ISTorum cura vulnerum proceſſui communium haud abſimilis exiſtit, excepto ſolo, quod Mumia cibari debet attractiuis, & eiuſdmodi quidem, quę non attrahunt humores ad ſe, neque liquores, aut ſimilia: ſed quæ metalla ſolum, aut lignum, os &c. trahunt. Nam ſi communia hunc in vſum attractiua ſumantur, fluxiones accurrunt. Quamuis accidere plerunque ſolet, vt globulus aut ferrum in lacertis poſt curam perfectam remaneat, id cauſſante bona Mumia, quæ in accidens nullum decidit, aut irrita vehemẽter non fuit. Inde poſt multos annos & ſucceſſu temporis per pus & ſaniem erumpit, exciditq;: hoc naturæ tantum eſt relinquendum, & nullatenus aſſumendum. Quod enim a natura curatur, quis emendabit, aut auferet ab ea poteſtatem?

Mumia attractiuis cibanda & qualibus.

Attractiua quædam habentur, quæ lignorum aut pannorum fragmenta trahunt ad ſe, prout *Aſphaltum & Carabe.* Nonnulla ferrum, vt *Magnes*: alia cuprum, vt *ſtannum, & amethyſtis coloratiores*: pleraque plumbum & lapides, vt *Alabaſtrum*: aliqua fruſtula carnium oſſiumque, vt *gummi, therebinthina, & aſphaltum*: quædam alia ſunt omnium attractiua, vt *ſerpentina.* Horum omnium vires attractiuæ cum exſiſtunt, a chirurgo ſeparari non debent. Nam in operationibus naturæ, poſtquam vulneri ſuperpo-

Attractiua panni & lignorum, &c.

Attractiua non ſeparanda.

perposita sunt, omnia simul attrahunt, vt quod extra per se, stramina ligna ve trahit, in vulneribus ferrum, plumbum, lapides attrahat, ossaque: contra quod ferrum duntaxat in vulneribus omnia, quæ soluta sunt in eis, ab ipsis extrahit. Non igitur externas, at potius internas vires atque virtutes chirurgus aspicere, considerareque debet.

Quanquam hæc omnia tibi proponuntur, in industria, nihilominus multa sita sunt ad cognitionem, vt cum globulus in caput sagittatus foret, ac sub cranium decidederet, in regiones oculorum, aut quoquo sit, Mumiam eo loco scias applicare. Vel si quouis alio corporis loco iaculatio, vel fodicatio fieret, prout indies mirabiliter occurrunt, aptitudine sola hoc ipsum diiudicare debes ex supra posito fundamẽto. Verum quod naturali cursui reluctari volet, non attentes. *Natura non obuiandum.*

Receptorum compositiones emplastris fieri debent, vt eum in fodicatis aut iaculis factis vulneribus aliquid liberi vel soluti foret extrahendum: ad emplastrorum supra scriptorum libram vnam, attractiuorum, quæ iam dicta sunt, pars octaua sumatur, mixtorum simul, aut vnius tantum. Item viscus de botin, abietis, vel de pino attractiuorum istorum loco sumi posse notandum: qui viscus ex locustis & fructibus extrahitur ad spissitudinem & formam terebinthinæ. *Recepta.*

DE FVNDAMENTO QVODAM SYNONIÆ, *sanguinisque profluentium.*

CAPVT VI.

VT supra de Synonia dictum est, quod intelligatur, quum ab orificiis vulnerum, iaculationum, aut fodicationum effluit: ille dolor, quem efficit hic fluxus, e frigore nascitur exterioris aeris, qui Synoniæ substantiam penetrat: ista contrarietas alterius elementi (vt supra) hoc loco plurimum etiam aduersatur, pariter vbi per medicamentum alteratur. Quapropter adhibenda cura, ne medicamẽta Synoniæ sint amica, vel ad eam inclinata. Nam statim atque vulnus aliquod sub medicamento prauius redditur, & Synonia sequitur, infectioni venenoque medicamenti fuerit adscribendum, quod contra naturæ verum ordinem applicatum sit. Quare merito huiusmodi præcepta reiicio, quæ similibus nempe contrariantibus permixta sunt, & falso per vulneratorum inobedientiam a chirurgis hactenus excusata, vel per signa contraria, similiaque defensa. *Synonia quid.*

Eiusmodi contrarietas in Synonia, quæ ex aere vel ex medicamento prouenire potest, via duplici demonstratur, & apparet: priore quidem, cum Synonia resoluitur per aerem, & a sua substantia transmutatur: aut vbi nimium aere vel ipso medicamento siccatur, vt ea etiam via mutetur a substantia, non secus ac oleum tartari, quod in humiditate seipsum plus satis resoluit, ac oleiratem amittit, pariter ex vase, cui fuerit impositum: aut viriusque caussa fieri potest, vt exsiccetur atque durescat. Sciendum vtique hoc loco, exteriores cursus partim extrinsecus humectare, quandoque vero siccare, iuxta naturæ conditionem tum temporis ibidem exsistentem, & partis alterius. Quocunq; modo fiat, est substantiæ corruptio, quam eo loci natura pati minime potest, ac sensualitate sua tam acuta, quam gustu linguæ percipitur. *Contrarietas in Synonia duplici via demonstratur.*

Sanguinis tamen occasio talis est, vt quum in ebullitione fuerit, eum sistere nemo potest, si per apertionem factam effluat. Totius enim corporis partium omnium conditio talis est, vt paroxysmum ebullitionis habeat. Quo fit, vt eum sub huiusmodi paroxysmo, naturæ contrarii quid acciderit, eo loco in quo fuerit paroxysmus, maximus oriatur morbus. Quapropter, vbi vulnus iaculationis aut fodicationis in *Sanguis ebulliens sisti nequit.*

venas aut membrum ebullitionis eiusmodi subiectum illatum erit, sanguis ibidem sisti nequit, vsque dum ebullitionis terminus fuerit adimpletus: etsi longe a fine, vel prope tentatum sit, periculosum vulnus, aut non extiterit, &c. Si tamen eiusmodi paroxysmus nullus adsit, opus non est sistere sanguinem, aut retinere, quod per seipsum, vbi tempus adfuerit, cesse fluere. Verum si nimium abundaret, aut diutius æquo flueret, vel occurreret aliud, cuius caussa plus satis effunderetur, tum demum sanguinis retentiones locum, & suas vires habent. Ad hæc non ignorandum sæpius fieri phlebotomiam, quæ in mortem effluit, quandoque retrorsum in corpus effunditur, nonnunquam contractum cum tumore membrum efficit, atque dolore maximo. Hoc ipsum accidit ex imperitia phlebotomiæ, quod sanguinis ebullitionis tempore facta sit. Quamobrem expeditius est, in suo cursu considerare sanguinem quam cæruleum cœlum in suis temporibus.

Sanguis quando sistendus.

Phlebotomia imperitia.

In exemplum adferemus ollam aqua bulliente plenam & coopertam, si cooperculum eius foramen aliquod habuerit; eo quidem efferuet, ac tantisper effluit, quousque nihil adsit amplius aquæ liquorisve. Non alias in corpore quum ebullitio fuerit, ad vulneris orificium efferuet, vsque dum sanguinis, quid in ebullitionis loco sit, æque late, ac extenditur. Quod si vi reprimatur, acrius modum incendit, insi itque, vt retrorsum actus in corpus, iterum quærat exitum: vt olla prius dicta, si cooperculi foramen obstruatur, in partes & fragmenta rumpitur ac dissilit. Animaduertendum igitur ne furens iste sanguis, quoquo modo sistendus assumatur, at solum ad hoc apto medicamento & exterius applicato sedari potest illa bullitio, nõ secus ac olla bulliente aquã habens, aquæ frigidæ quum imponitur, ab ebullitione prohibetur. Ex sanguinis ineptis repressionibus error sequitur, vt similia medicamenta *sanguinis retentiua* dicta sint hactenus, quæ vulneratos perdiderunt funditus. Ea propter sistendi, vel exstinguendi rationem habere chirurgum decet.

Sanguis ebulliens nullo modo sistendus.

DE CVRA SYNONIÆ, AC EFFLVXIONIS *sanguinis e vulneribus.*

CAPVT VII.

AD Synoniæ curam balsami prius dicti medicamentum, aut aliud assumendum est, cui ad libram, vnciæ duodecim testaculi, & testi commiscendæ: quod vulneribus applicatum, Synoniam ex promtu sistit. Notandum etiam, quoduis antea positorum vulneralium medicamentorum ad Synoniam validum ac potens fore: similiter accidens istud ex imperitia chirurgorum procedere. Quare quum vero medicamento quis vsus fuerit, Synonia reprimetur, quæ non alio quam ab inexperto chirurgo ducit originem: non immerito suam igitur inscitiam carpo.

Synonia repressio.

Synonia ab inexperto medico.

Quod ad sanguinis repressionem attinet, dum ebullit, administrandus est potu laudani puri præparati scrupulus vnus: eo quidẽ exstinguitur ebullitio, & sanguis vna reprimitur. Aut præparati seminis de loto albo vncia semis cum lact. canabis detur potanda. Similiter pannis cortice um Iusquiami decoctione madidis membro superpositis exstinguitur ebullitio hæc. Nullo modo repressionibus in huiusmodi sanguinis fluxionibus vtendum. Quod vero fluxionis alterius est, carn. oli viribus, hæmatitis, vnceæ, & plurium aliorum committo, quæ communia sunt, quapropter hic minime ponenda.

DE

DE CRVRVM OSSIVMVE RVPTVrarum origine.

CAPVT VIII.

VT fracturarum ossium fundamentum probe cognitum sit, animaduertendum est, naturæ nihil accidere posse, quod sibi contrarium sit extra damnum ossium. Nam os tantum frangitur absque neruorum, carnis, & reliquorum præiudicio: quæ conditio naturaque rupturæ cuiusuis ossium existit, vt illi nullum a primo casu latius accidens interueniat aliud, quam in sese ruptura fuerit: cuius cura maximopere notanda venit, quod in eius defectu, quæuis accidentia sita sunt, vt calores, frigora, tumores, cruditates, pustulæ, nigri glaucive colores, insensibilitas, putrefactiones, fistulæ concauitates, incendia, &c. Quæ quidem ex primo casu non procedunt, sed ex accidentibus, incuria vel imperitia chirurgi caussatis in huiusmodi membro. *Accidentia fracturarum ossium.*

Fracturarum ossium conditioni simile ponemus exemplum hoc. Non alias intelligendæ, quam vbi quis accinctus gladio super hunc decidens, illæsa vagina frangatur ensis: hoc loco de osse pariter intelligendum, ad pellem & carnes comparando, prout vaginæ gladius, cui solum adhibendum est remedium: sic & ossi rupto, non pelli vel carni quidem integris. Nec est, quod in his admiretur quispiam, quod accidentia casusque mirabiliter accidant, vt a tonitru nonnunquam arbor deiicitur integro cortice manente. Item sæpius frangitur os, medullis penitus illæsis. Pariformiter equus pedem casu perfringit, absque alio quouis accidente neruorum, alteriusve damno. Chirurgo notandum est igitur, in qualibet ossium fractura, dolorem omnem casu prouenientem, in ruptura quærendum. Fistularum siquidem & fragmentorum earum conditio talis existit, vt huiusmodi quosuis dolores ad se trahant. Quapropter in rupturis ossium accidentia minime curanda calorum, frigorum, nec aliæ medicamenta non consideranda sicca nec humida: nam inter curas omnes rupturæ similes facillimæ sunt, ac minus curandæ. Quod natura perseipsam ordinem seruet huius, cumque eius in medio damnum situm sit, cui nihil accidit mali: quo fit, vt liquores illi membrum sustentantes, essis ipsimet existant medici: hoc ad hunc modum intelliges. Ossi fracto nihil accidere periculi potest, at curari sanarique necessario debet a Mumia corporis, in carne, ligamentis, medullis, &c. existente, cuius in medio situm os, & circumseptum est, a quibus omnibus etiam perfanatur: quandoquidē apertum nil, per quod externis accidentibus pateret accessus. Quapropter apte riteque ligare, naturaq; sua requies data, certissimum in istis medicamentum sunt, & indubia cura. *Dolor fracturis ossis in ruptura quærendus.* *Accidentia rupturarum ossium non consideranda.*

Si tamen ad rupturas accedant vulnera, per quæ fragmenta quæpiam apparerent ossium a fistulis soluta vel disiuncta, per vulneralia medicamenta superius dicta, fac, vt extrahas, & nullo modo per ferramenta, vel alia quæuis instrumenta fodiendo coneris extrahere: nam vera Mumia, potest quicquid est naturæ contrarium elicere, tum quæ sensilissuræ sunt, natura per se curat. Hac te cura non obruas, nec oneres, quod multi perdantur ad hunc modum chirurgorum imperita sapientia, retardenturque naturales vires, eo quod variis vti subtilitatibus artibusque velint, & naturam suis insitis capitibus, quam per seipsam existat, reddere meliorem: quo nedum sanitatem, sed membrum etiam & vitam auferunt. Notandum insuper plurimos iactabundos & gloriosos, breui tempore fracturas, herbis aut radicibus curare posse, capitibus suis persuadere subtilibus, quod omne ridiculum, vt ludus puerorum est. Membrum siquidem, vbi recte probeque rursus coniunctum, suis aptis ad hoc instrumentis fu. rit, *Ruptura ossis cum vulnere quomodo curanda.*

ac in temperatura sua conseruatum, per Mumiam propriā citius multo curatur, quam herbis omnibus fieri queat.

DE CVRA FRACTVRARVM OSSIVM.

CAPVT IX.

Fracturarum ossiū cura. PRincipio fracturas ossium vt cures, animaduerte, concauis vt instrumentis membra concludens erigas, vt supra de vulneribus diximus, vtque ab anteriore posterioreque partibus & quaqua versum libere possis accedere tangereque. Postmodum vulneralibus ligato medicamentis: & si promtus in eorum vsu fueris, hoc scito, quemlibet nempe viscum nigræ consolidæ, serpentinæ, & Aristolochiæ rotundæ rupturas optime curare, mane vesperique superligatum, non vsq; adeo stricte, singulis vicibus iterum apertis ligaculis, recentem & calidum appositum. Nam alia sane medicamenta, quæ per *Sparadrap.* sparadrap, rotularia ligacula, vel aliis pannis fiūt, mere futilia sunt, & membri magis ad perditionem, quam subleuationem facientia. Quod vero si curetur sub istis ligationibus, laudet æger propriam naturam, & sanam, quæ veneno sui medici resistere valuit. Sic etiam ligationibus tertio quouis die tantum factis, item suffultionibus, compressionibus nimiis, ac similibus vanis operationibus accidentium excitantur centenaria. Verum etsi vulnera forent, e quibus ossa prominerent, erige prout supra dictum est, ac ad modum vulnerum cura.

DE DISLOCATIONE IVNCTVRARVM.

CAPVT X.

Dolor dislocatarū iuncturarū vnde. DOlor, qui dislocatis iuncturis inest, non aliunde prouenit, quam ex liquore, qui extra suam Anatomiam excessit, & ex acetositate hac membri dolores oriuntur. Nam liquores iuncturarum vbi corrumpuntur, in incendium transeunt. Pariter Anatomia corporis pati minime potest, absque dolore, membrorum dislocationes, aut læsiones fieri, quod in sua sanitate rectam dispositionem capiat: eiusque natura talis est, vt prout concatenata, neruis, arteriis, venis, &c. iuxta hunc ordinem fore manereque velit, ac debet, a quo si perturbetur, dolorem concipit illi similem, qui fit ex vulnere, fodicatione, vel ruptura, &c. *Iuncturarum dolores varii & vnde.* Quare iuncturarum dolores optime considerandæ sunt, quod nonnullæ proueniant ex acetositate, sicuti prius dictum est: aliquæ ex dislocationibus Anatomiæ: quædam ex veteri crescentia: reliquæ ex Synoniæ corruptione. Ex quibus omnibus tumores membrorum oriri possunt, aridurae postmodum & *Iuncturarum peculiares vires.* contracturæ, &c. tum etiam internum accidens ex Anatomiæ corruptione. Considerandum etiam in istis, iuncturas peculiariter viribus esse dotatas magis, quam fistulæ, carnes, aut venæ sint, maximasque vires hominis in veteri crescentia, neruis, & arte- *Dolor maximus.* riis existere. Quare dolor maximus oritur, in huiusmodi iuncturis, præsertim vbi Synonia neruiq; simul concurrunt, in quibus vires omnes consistunt. *Spasmus vnde.* Spasmi similiumque morborum occasio est, fluxus mineralis ex arsenico, natura cuius & conditio est excitare tumores & calores: in istis etiam suas vires exercet.

Nota. Particularia quædam ad curas istas necessaria primo scire vos decet, vt in dislocatis huiusmodi iuncturis, istas non fore prius medicandas, quam suis restitutæ locis fuerint, eoque redierint, vnde exiuerant: quod quidem scriptu possibile non est, hoc solum scribi potest, quod sequitur.

Quicunque iuncturas optime suo restituere loco scire cupit, a carnificibus id ipsum addiscat: etsi tormentaria membrorum distractio per carnifices & iuncturarum

rarum dislocatio differant, eo, quod illud tardius fiat, istud vero momentaneę.

Sæpius euenire solet, vt per tormentarias istas iuncturarum dislocationes, podagrici fluxus adimantur, & aliquando brachiorum contracturæ. Scito quoque iuncturarum suo loco restitutiones manu solum & oculis addisci posse, quod in vsu maximo, & in promtitudine consistant. *Iuncturarum dislocationes quomodo restituendæ.*

Contingit etiam sæpe, dislocationes ab imperitis chirurgis deprauatas, per se ipsas ita sanari, vt concrescant, & a patientibus non existimentur amplius. Item, vt liquores illi cessent, ac ita postmodum in suum locum redeant.

Item sæpius euenire solet, vt iuncturis non dislocatis, vetus crescentia, neruique similes dolores concipiant, vt e suo loco fore putentur: & vt Synouia quandoq; discedat, & membrum contractum fiat, non alias, ac si dislocatum esset. Est igitur, quod chirurgus hæc signa probe cognoscat, ne quando iuncturas præsumat restituere, quæ minime dislocatæ sunt, & hac via dislocet eas, quod sæpe contingit, vt posteriora peiora fiant prioribus.

DE CVRA DISLOCATIONVM.

CAPVT XI.

SVo primum loco membrum dislocatum restituito, post camomillæ succo, vel agrimoniæ ligato. Si tamen infrigidata iunctura sit, oleo ex floribus herbæ flammæ cœli dictæ, mixtæ cum petroleo, cumque maturuerit, in locum restitue. Animaduertas etiam, ne facile terrearis reponendum inter, aut extrahendum: nam sæpe contingere solet, vt dolores huiuscemodi non transeant absq; punctionibus, quod iunctura contracta sit. Quæ vero subductæ sunt, curantur taxo laterino. Et si dislocatæ non fuerint, visco de consolida sedabis dolorem atque morbum. *Dislocationum cura.*

DE HIS QVÆ VVLNERIBVS CONTINGERE *possunt accidentibus.*

CAPVT XII.

ACcidentium origo, contrarietatis & irritationis vulnerum, qua mumiam superant ac vincunt, & accedens malitia, naturæ bonitatem expellit, ab externa essentia est: quod ad hunc modum intelliges. Duo contraria non possunt in vno consistere, quare semper vnum ab altero diuisum esse debet. In exemplum: Quicquid extra sphærā est ignis elementi, reluctatur intrinseco: tum quod in ea conclusum est intus, mundusque peculiaris existit, contra nititur externo resistere: quod quidem homo facit, cum sphæra minor existat. Et non secus ac elementa simul in vno cortice sunt conclusa, pariter & homo. Si cortex elementalis, aut eorum testa frangeretur, contrarium intraret ad eorum corruptionē. Similiter vbi hominis testa, pellis eius nempe, vulnere frangitur, externum accidens exterioris sphæræ, iam in illum introducit accidens, quod non vulneris loco habendum est, sed, vt infirmitas & morbus. *Cōtraria duo in vno esse nequeunt.*

Quinam huiusmodi contrarietas accidat corpori, sic intelliges. Externa mineralia cum internis minime conueniunt, quo fit, vt Mercurius externus internum arripiat, & realgar internum externo resistat, & anachtron ambo sibi mutuo contraria sint. Hoc omne producit impressio recedens ab elementis, quæ suam operationem perficere nullo modo potuisset, nisi corpus fuisset apertum: iam vnum cum altero pugnat, &c. Statim atque ligamina mineralibus istis infecta sunt, sequitur *Accidentia vulnerū vnde.*

inde spasmus, tetanus, incuruatio, & synthena. Quum tamen ipsa caro fuerit ab externis infecta, sequetur tumor & inflatio, similiter oppilatio, calor, & stupefactio. Sic de ceteris partibus corporis, quæque iuxta suam essentiam, peculiare suum accidens ex infectis venis recipit: vnde membro punctiones intrinsecus, & postmodum apostema sequuntur, & alia quam plurima.

Accidens omne ex cōtrarietatibus. Notandum igitur, accidens omne solum ex contrarietatibus duarum creaturarum procedere, quum Anatomiæ duæ simul concurrunt, & vnam altera concludit. His omnibus chirurgus præuenire debet, eo scilicet, vt naturam in Mumia sua conseruet per temperaturam: sic fiet, vt nihil horum incurrat. Si tamen id ab ipso, vel alio prius neglectum fuerit, accidens quoduis in sui membri temperaturam adduci debet. Vt si veniant synthenæ, ligamenta solum & arteriæ curanda sumantur: si ex inflatione periculi quid instet, vt partes carneæ tantum, sic de reliquis membris. Ex istorum namq; neglectu, quinquaginta vel sexagintata plus minus accidentia possunt erumpere, semper vnum ex alio succedere. Vt inflatio, viginti potest accidentia producere, totidem & spasmus. Quapropter in vanum ambas hoc libello non est, quod putetur Anatomias ob oculos posuisse me, quæ per vnius testæ fractionem sese mutuo contingunt.

Accidentia quomodo queant refelli. Ad hæc modo sequitur, qua via similia refelli queant accidentia, non solum ea, quæ sunt præ manibus, verum etiam illa, quæ ex eis oriri possent, vt ventris oppilatio, nec non vrinæ, Chronicus morbus, vt Hemoptoica, morbus caducus, paralysis, cœcitas visus, ac aliæ similes infirmitates, quæ gignuntur ex prædictis accidentibus. Omnes concludi sub eo medicamento necessum est, vt Anatomiæ separentur, & interna superet ac vincat externam, ordine, qui sequitur, & regulis vna post aliam infra positis.

Accidentia ex imperitia chirurgorum. Accidentia per imperitiam chirurgorum occurrentia plus minus sex & viginti reperiuntur. Vt sunt, *vulnerum paroxysmus, ardor, stupefactio, tumor vel saccus, vermes, putredo, foraminatio, fœtor, ignis persicus, vel pruna, cancer, consumtio membri, vel aridura, tremor, contractura, contractio, contorsio spasmus, tetanus, fistula, gluten album, vel Synonia, sanguinis eruptio, caro putrida, tubercula, verruca, fungus, fistula pustulosa, oppilatio, Hæmoptoica,* &c. quæ omnia proueniunt ex incuria chirurgorum, vel imperitia: hoc loco solum adscripta, vt cum vel priusquam acciderint, eis præueniatur, aut præsentia iam amoueri queant, non quod natura per seipsam huiusmodi morborum sit caussa.

Definitiones accidentium.

Paroxysmus quid. 1. Vulnerum Paroxysmus est, cum primo calescunt admodum, inde post in frigus incidunt, febrium instar, & hoc alternis diebus vel horis.

Ardor. 2. Ardor eorum est, vbi calor oritur in vulnere, qui per totum corpus extenditur: postmodum cessat, ac determinato suo tempore deinceps redit, estque præter omne frigus.

Stupefactio 3. Stupefactio dicitur, quando vulnus dormire videtur, ac si formicæ discurrerent in eo.

Tumor. 4. Tumor vel saccus est, quando vulnus cum calore tumefit, & vbi digito huiusmodi tumor comprimitur, fossam admittit remanentem, vt hernia aquosa. Tumores alii vero non sunt accidentia.

Vermes. 5. Vermes dicuntur, cum in vulnere nascuntur vermes incuria chirurgi, vel imperi-

peritia,qui tale medicamentum adhibet, vt simul vna cum vulnere putrescat, indeq; vermes generentur.

6. Putrescentia dicitur, vbi vulnus putrefit, & curam non admittit amplius. *Putrefactio.*

7. Foraminatio quidem est, cum vulnus æquo serius curatur, aut retardatur a sanatione, fluxus introducitur, inde foramen vnum fit. *Foraminatio.*

8. Fœtor est, quum vulnus siue sanetur, aut non fœtorem concipit, indicium est praui medicamenti, calidæque naturæ. *Fœtor.*

9. Ignis Persicus, vel pruina dicitur, vbi vulnus sub finem calore tumesceret, glaucum & fuscum, postea nigrum, colores conciperet: postremo hoc membrum incenderetur. *Ignis Persicus.*

10. Cancer est, quando vulnera calorem concipiunt, & cum eo simul fluxum, qui iuxta vulnus foramina produceret, ac circum illud exederet. *Cancer.*

11. Consumtio membri, vel aridura dicitur, quum vulnera perperam curata sunt, vt liquores per suos meatus transire nequeant, eos tunc absumit natura, quo fit, vt arescant membra. *Consumtio.*

12. Tremor est, vbi membrum vna cum vulnere tremit, etiam post sanationem quiescere nunquam potest. *Tremor.*

13. Contractura dicitur, quoties mēbrum impotens factum est, ac debilius, quam, vt aliquid eleuare, vel tenere valeat. *Contractura.*

14. Contractio dicitur, quoties membrum erectum aut curuum remanet, vt incuruari, vel erigi non possit amplius, iuxta sui veram conditionem. *Contractio.*

15. Contorsio dicitur, quando membra simul in ipsis neruis cum tremore contorquentur, & incuruantur: item os & oculi deformiter inuertuntur, atque torquentur. *Cõtorsio.*

16.17. Spasmus & Tetanus duæ conuulsiones vulnerum existunt, & quandoque membrorum simul. *Spasmus.*

18. Fistula dicitur, vbi vulnus concluditur superius, excepto foramine paruo, sed inferius omnino prauum existit. *Fistula.*

19. Gluten album, aut Synomia dicitur, quando clarum neruorum effluit, viscosum, vt concussum albumen oui. *Gluten.*

20. Sanguinis emissio dicitur, quum vulnera sub medicamēto vice qualibet emittunt sanguinem, & nonnihil sudoris. *Sang. emissio.*

21. Caro superflua dicitur, ea quæ crescit in vulneribus præter necessitatem putrida. *Caro superflua.*

22. Tubercula vel verrucæ dicuntur, quoties in vulneribus illa copiose nascuntur, istis etiam vna cum illis sanationem admittentibus. *Verruca.*

23. Fungus dicitur, quum post vulneris sanationem enascuntur verrucæ quædam, & ex eis deinceps tumor in quantitatem duarum, trium aut quatuor librarum excrescens, ac adhærens non secus ac arbori fungus: fœtet, ac foraminibus scatet. *Fungus.*

24. Fistula pustulosa dicitur ac fit, vbi vulnus repente nimium concluditur, priusquam fundamentum firmum posuerit, & ita postmodum putrescit. *Fistula.*

25. Oppilatio quidem fit ex debilitate naturæ, propter nimiam sanguinis emissionem, vt æger ventris beneficium habere non possit, nec vrinæ. *Oppilatio.*

26. Hæmoptoica sanguinisque sputatio procedit ex sanguine congelato, qui retentus fuisset intrinsecus, & ab exordio purgatus non foret: ex ore suum emunctorium quærit. *Hæmoptoica.*

DE CAVTIONIBVS, AVT PRÆVENTIONIBVS & curis dictorum accidentium.

CAPVT XIII.

SI vulneribus Paroxysmus, Ardor, aut Stupefactio fortassis incidissent, cura talis esto.

Cura Paroxysmi, &c. ℞. *Calaminaris, Lithargyrii, Minii, ana lib.ß. Tutiæ ℥ ij Ceræ, Olei mirtillorum ana ℥ ix.* Cocta simul in cerotum omnia, superpositaque, &c. Similiter oleum camphoræ vulneribus illitum mox adimit. Et vncia ß. Mithridatii, æ conseruæ pota hoc ipsum efficit.

Pro tumoribus.

℞. *Nasturcii aquatici, Nenupharis, ana* quod sufficere videbitur, & coque simul in aceto rosaceo, calida superpone.

Aliud remedium.

Accipe de furnis argillam adustam, & in aceto coctam, etiam superpone.

Aliud.

Accipe melones, quos in aceto coctos etiam superpone. Ictis spongia hoc modo cocta, superpositaque id ipsum præstat.

Ad vermes putrescentiam, foraminationem, & fœtorem.

℞. *Mellis, lib.ß. Aloepatici ℥ j. Succi chelidoniæ ℥ vj. Salis communis ℥ ß* Omnibus mixtis & calidis lauentur: hæc lotura vermes ac alia quæ supra dicta sunt accidentia pellit.

Aliud remedium.

℞. *consolidæ aureæ, consolidæ rubeæ, ana manipulum vnum. Mellis cocti despumati lib. ij. Salis gemmæ ℥ ij. Vini lib j.ß.* simul in loturam coquantur, eaque lauentur.

Ad ignem Persicum, & cancrum.

℞. *vitrioli ℥ j. amborum gummi minorum ana ℥ ij. Ocræ ℥ ß. Vini & aceti ana lib.j.* cocta calidaque superlinigentur.

Aliud.

℞. *Lithargyrii lib.j. Aluminis lib.ß Salis ℥ ij. Thuris ℥ iiij. Gummi Romani ℥ v. Vini, aquæ & aceti ana lib.j.* Coquantur ad quartam horæ partem, & calida superponito. Item sanguis destillatus & superpositus aufert accidentia dicta.

Ad membrorum consumtionem, vel ariduram, tremorem, contracturam, & contractionem.

Ariduræ, &c. ℞. *Galbani lib.j. Terebinthinæ lib.iij. Olei laurini, Olei oliuarum ana ℥ iij.* fiat oleum quo mane vesperique poteris vti.

Aliud.

℞. *vulpis adipis, & Taxi ana lib.ß. Mumiæ de medullis ℥ iij.* fiat vnguentum, quo mane & vesperi damna hæc inungantur, & illis medetur optime.

Ad contorsionem, Spasmum, & Tetanum.

Spasmi. ℞. *Sandali maris ℥ j. Amygdalarum leporum, ℥ ß. Fiat puluis, de quo d[illegible] ℥ j. cum*

aqua Basiliconis potanda. Si post primum haustum redire vellent, adhibe secundam. Ad collum suspendes ægro, & in manum dabis, donec optime caleat.

Ad fistulas.

℞. *emplastri de Mumia* ℥ ij. *Visci de betin* ℥. ß. *Consolida rubea liquorum drachmam j.* Fiat emplastrum, quod superpositum immotum ad sex dies maneat. Postmodum innouabis, & æque diu relinques. *Fistularū.*

Aliud.

℞. *Aqua Galitheni*, ℥ iiij. *Olei vitellorum ouorum* ℥ j. *Mumia liquorum*, ℥ vj. Fiat oleum quo madidi panni superponantur.

Ad gluten album, vel synoniam, sanguinis emissionem, & carnem superfluam.

℞. *Ceroti de Mumia*, ℥ iiij. *Olei de spica, drachmam vnā, Testiculi, Tosti, ana drachmas iiij.* Ex omnibus fiat emplastrum. *Synonia.*

Ad Tubercula, Verrucas, &c.

Accipe *oleum ardens*, quo locum singulis diebus quater inunge: hoc aufert omnia quæque similia nascuntur in vulneribus. *Verrucarum.*

Ad fungum.

Accipe *Filum arsenicale*, quo fungum abscindes. Postmodum siste sanguinem, & oleo ardente perunge. Consumentur hoc oleo verrucæ, fungique omnes ac rami vel radices, e quibus nascuntur. Et post consumtionem cura sanaque poros emplastro de Mumia. Verum vbi sanguis nimium abunde proflueret, laxa venam retro fungum, & refrigera prout supra de sanguinis repressione dictum. *Fungi.*

Ad pustulosam fistulam.

℞. *liquorum carabis, Aspalti, Armeniaci ana* ℥. ß. *Ceroti de Mumia* ℥ iij. Misce simul in emplastrum, & applicato. Si valde putridum inferius fuerit vulnus, aperi facque latius orificium eius, at vbi non, a fundamento sanatur optime. *Fistula.*

Ad oppilationem.

Quilibet vulneratus & oppilatus Serapino purgari debet, aut per Mumiam vltramarinam, iuxta suum pondus in potionibus vulnerariis administratum. Et vltra dictarum potionum vsum per se, cessandum nō est a dictis purgationibus. Nam istæ longe præstantiores existunt omnibus laxatiuis, eo quod absq; damno transeant. *Oppilationis.*

Ad sputationem sanguinis, quam Hæmoptoicam vocant.

℞. *Reubarbari, Liquorum de lacca, ana* ℥ j. *Mumia* ℥ ij. Huius drachmam j. administrabis potu, quam diu sanguinem expuerit. Et si forte superari nollet, addes Mumiæ sylucstris tertiam partem, & eius tum drachmam semis tantum administrabis. *Hæmoptoica.*

Et quamuis occurrant accidentia longe plura his, quæ dicta sunt, indies & noua. Singula scribere foret impossibile. Quapropter ex prædictis, quod fore commodum, & vtile per experientiam & industriam tuo putabis vsui, selige.

Est quod etiam plura fore scias recepta, quæ cuique scriptu necessaria forent accidenti. Verum quod fundamentum eorum antea demonstratum sit, si forte quid communioribus chirurgis grauius, quam intelligere valeant, erit, aut videbitur: in exemplum assumant a fabro recens artem addiscente, qui singulos ictus peculiariter discere, quodlibet ferrum & carbonum species omnes cognoscere cogitur: quo fit, vt peregrinari, seque ad eos, qui norunt, conferre debeat. Itidem Chirurge tu putato, non dormiendum inter hæc tam ardua opera labore sine tibi, tum præter visum acquirenda, vt hactenus communioribus mos fuit chirurgis, qui crediderunt, puluinaribus insidendo, mollioribusque decumbēdo suis speculationibus omnia perscrutari se posse. At ego certo vobis affero, licet in diem vsque Iudicii speculemini, si non videndo & exercendo sedulo didiceritis omnes, vestrum nemo pendet obulum, nec valet.

DE MORBORVM ORIGINE VVLNERA *subsequentium.*

CAPVT XIIII.

IN his animaduertito, sæpius cōtingere, vt in deprauata vulnera contra naturæ cursum tam inscite curata, mors dominium acquirat, per insitos mortales in corpora morbos: vt in capitis vulneribus, aut cum venæ capitales aliis aperiuntur membris. Euenire sæpe solet etiam, vti mineralis Anatomie docet, ex huiusmodi vulneribus morbum lethargicum succedere, caducum, phrenesim, atque maniam, nec non accidentia plurima cōtra visum, & auditum, item vertiginem, linguæ gustus amissionem, & quandoque natium odoratum, ac alios huiuscemodi morbos, antea non consecutos, at postmodum violenter apparentes, & in senio potissimum perceptos: qui quidem omnes per Mumiæ medicamentum auerti possunt. Non est igitur, quod ægre Doctores ferant, si in sua placita quandoque loquar ea, quæ sibimet ipsis ad reprehensionē attribuunt. Quum huiusmodi volunt infirmitates adscribere naturæ, tanquam ipsa præter vulnera foret earum occasio, quod quidem erroneum est. Nam idipsum Anatomia docet aperte, per externa similes morbos in ipsam introduci naturā, & violenter id fieri. Sane si melius cōsiderarent, quinam suas Mars impressiones inuehit, sanius de his rebus iudicarent. Quandoquidem vbi suam ille malitiam adimplere cupit, impressio gladius eius existit. Videte quæ somnia vestra, quam que nigriora sint carbonibus. Quoduis a natura productum, ac vitam habens, per Martem læsum, tempestatis generationem recipere debet. Vos vtique naturam vituperare nulla via debetis, at medicum potius inscium, & externum accidens, ac perditionem ægroti.

Accidentia vulnerū varia.

Med. reprehensio.

Nec etiam barbitonsores, rudesve medicos vel chirurgos ægre ferre decet, quod Mumiam extollam contra suam imperitiam, artis ac fundamenti veri prorsus ignorantiam. Hoc enim fundamentum existimo verum, & maximam artem, vulnera sanare nedum, verum etiam ita curare sanareque, vt accidentia nulla postmodum exspectanda sint. Vulnerum sanatio canibus agnata est, vt interim de hominibus taceam. At prædictis morbis & accidentibus præcauere, præuenireque, non est agnatæ conditioni tribuendum. Quo fit, vt eos existimare chirurgos minime valeam, qui sanare vulnera norunt: sed illi veri chirurgi merito vocandi sunt, qui sanare simul & alia damna diuertere possunt. Sartori chirurgus minime comparari potest, qui futuræ suæ nullam certitudinem habet, quum disiungetur, aliam, quam donec filum manserit integrum: tantisper & non diutius pollicetur, eiusque certus fore potest. Si medicina

Mumia virtus.

chirur-

chirurgiaque tale foret veteramentarium opus ſi ſticulatum,& veterum calcε orum emendationi ſimile, quemque male habere poſſet, quod contra vos tam auide ſcripſerim ac ſcribam:prout in chirurgia veſtra hactenus exiſtimaſtis. *Medic.reprehenſio.*

Et quod adhuc ob accidentia, quorum ſoli vos eſtis occaſio, culpari nolitis peſſimum indicium, & nullius cauſſa boni. Si vos Anatomiæ vere periti foretis, experiremini fodicata,iacula,vel alia, vt pulmonis vulnera, medicamentis aliis quam alia vulnera prorſus indigere. Non quod Mumiam hac de cauſſa mutem, aut inualidam exiſtimem,ſed,vt Aſthmaticis & ſpiroſis anhelitibus,tuſſi, ſputationi ſanguinis, aut hæmoptoicæ,pectoriſque reſtrictioni, quæ in mortem vſque manere ſolent, præueniatur:ſic etiam quod epati,ſpleni,renibus, &c. poteſt accidere, præcaucatur, ſiue ſint apoſtemata, putreſcentiæ,oppilationes, & ſimilia.

Exterioribus membris etiam corporis tremores indies occurrunt, in ſpaſmum incidentiæ faciles,conſumtiones,aut ariduræ,nec non contracturæ. Similiter inteſtinis a ſuo naturali dimotis ordine, variæ cholicæ,lacerationes, & contorſiones oriuntur. Adhuc exiſtimatis omnes de hac medicina minime fore loquendum, vobiſque fas & nefas in ius optimum eſſe prorſus relinquendum,ea de cauſſa,quod medicum nomen apud vos exiſtat,aliud vero nih il. Si culinis veſtris per ſolum nomen ſatis foret, peſſime quidem ederent illi,qui ex eis aluntur. Videte iam quid nomen ſit,& quid ars, ſuper quam illud fundamentum eſſe debet.

Sæpius etiam euenire ſolet, vt ex huiuſmodi negligentia, vel imperitia potius febrium variæ ſpeci. s enaſcantur,item hydropiſis,Paralyſis,Ictericia,ſimileſque morbi, ſæpe talis etiam, qui per annos aliquot latet, poſtmodum erumpit, non ſine miſeria maxima. Cum tamen præ manibus fuerint, vt indies accidere ſolet, in medicinam latius arripiendum, vt huiuſcemodi morbi, qui peculiarem Theoricam & Practicam habent,curari queant:& qua via fieri debeat, ſequentibus iam paragraphis habetur.

DE CVRIS PRÆDICTORVM ET *præuentionibus.*

CAPVT XV.

Scitote primum,quod ad capitis medicamentum in his attinet, vt quum Lethargicus ad paralyſim accederet:in veræ Paralyſis curam non cadere,prout cura continet in vulnerationibus & inciſionibus,per quas Paralyſis cura fit integra. Plurimi namque morbi reperiuntur,qui per vulnera tolluntur,omnes illi nempe, qui ex vulneribus occurrunt, vti Lethargicus & Paralyticus, qui ex vulnerum accidentibus proueniunt.Econtra præter accidentia hæc, illos curant vulnera. In Ictericia ſimiliter, quæ curam ex vulneribus recipit, & ſano per vulnus aduenit:ſic & caducus per vulnera ceſſat,per quæ poteſt etiam accidere.Non alias de Hydropiſi,nec nō aliis morbis corporis euenit.Quapropter hoc loco Medicina debet alia ratione quodammodo,quam aliorum proceſſus morborum habet, conduci tractarique, non ſub eiuſdem receptis poni,prout medici veteres ſcripſerunt,& moderni per illos intelligunt. Fundamentum hoc eſt,vt vnicuique medicamento vulnerum adminiſtrari mumia debeat,& per idipſum applicari. Vt in Galuheno vires curæ caduci delitеſcunt, verum in iſto non, niſi Galithenum ad mumiam & eſſentiā eius acceſſerit. Sic & Paralyſis cura Balſamus eſt de Galbano: ſi tamē ex vulneribus orta mumiæ admiſceri debet ille balſamus, vt is & mumia ſint vnum.Pariter in Synthena, Sandalum mariſ ad mumiam accedere neceſſe eſt. In Spaſmo ac Tetano, Mumia cum Amygdalis vnum effici re debet. In pul- *Cura Paralyſis.* *Ictericia.* *Hydropiſi.*

monis defectibus Resinam terræ præparatam, cum ipsa mumia simul oportet administrari. Et in tremoribus manuum, lauendulæ cum mumia liquores.

Talis differentia, qualis de accidentibus antea diximus, intelligenda est, excepta mumia tamen, cuiusque accidentis curæ sanationisque. Sed quum accidens huiusmodi corporalem in morbum transmutaretur, medicamentum de Mumia (sicuti meminimus) ad vsum assumendum erit. Non alias quam de cura paragraphorum in morbis demonstratum, in istis etiam intelligendum cum additione Mumiæ in substantiam vnam, iuxta processum & ordinem, quem huiusmodi morborum conditio requirit. Per compositi similem in vnum cōcordantiam, isti, qui caussantur a vulneribus morbi tolluntur: Et nisi Mumia talis adfuerit, eo loci frustra curabitur.

Chirurgorum reprehensio & error. Pati sine possem, chirurgos maiorem inter sese diligentiam in ægros adhibere, ne simile quid occurreret. Verum quod vulnerati duobus assibus vix maiore pretio sanari cupiant, non ita prorsus incusare possum eos, vbi tale contigerit ægris. Nam ob vilem eiusmodi solutionem, medicina vi quadam fore meretrix cogitur, & vnicuiq; subiici, qui præ nimia pigritia non potest alias alere se. Quapropter eos non culpo multum, a quibus id contingit: nam raro vili pretio bonæ merces emuntur. Nec ista loquor, vt vili medentes redarguam, cum pro tantilla pecunia vix aliud nil præstare possent, etsi scirent. Agere se fideliter etiam putant, interim & pauca merces hæc illis tota rarissime persoluitur. Quare melius igitur, aut altius quid addiscerent?

DE SIGNIS VVLNERVM AD MORTEM, VEL *ad vitæ retentionem indicia ferentibus,*

CAPVT XVI.

Vulnera lethalia quæ. CORporis humani conditionem fundatissime notam habere chirurgum decet, quo loco morti magis aut minus obnoxium existat, si vulneretur ibidem. Hoc ipsum ab aliis abunde satis antea scriptum habetur, & optime cognitum, quod cor, cerebrum, vesica, &c. quum vulnus recipiunt, ad mortem id fieri. Quomodo tamen isti scripserint videamus. Alias non, quam si hunc in modum scripsissent, vbi cuiquam truncatum est caput, mortuus est. Hæc a me dicta sunt, quod membra superius allegata, & quæ notione communi per se clara sunt, libris non indigeant.

Quod vero scitu necessarium in his, & nō ita communiter notum omnibus, & quæ mortem etiam inducant vulnera, quanquam dicta membra non attingāt, animaduertens diligenter notato.

Vulnera neruis plurimum extensis, lacertis aut musculis illata, sunt ad mortem. Vt quum viribus omnibus membrum extenditur, eodem momento vulneratur. Artis digladiatoriæ potissimorum arcanorum vnum est, vt pugiles membris agiliter & facile præter violentiam agitatis aggrediantur.

Non alias fodicatio vel iaculatio, quantumuis exigua, contractionem huiusmodi vel spasmum, in furis aut alias in carne contingens, mortem infert. Quapropter summa diligentia chirurgo sunt curanda potioribus & selectioribus medicamentis.

Similiter in hydropisi vulnera mortalia sunt. In quartana vero & Paralysi, vitam retinere possunt.

Vbi cholera se receperit in arterias, tremorem & contorsionem excitarit, eoque tempore læsæ fuerint partes illæ, mortem admittunt. Et vulnus omne, quod in ebullitionem fuerit illatum. Item omne, quod venas temporum pulsatiles & somniferas in paroxysmo secuerit, aut attigerit, mortale iudicandum est.

Animaduer-

Animaduertendum etiam ex medicamentis vulnera plærunque reddi mortalia, potissimũ vbi calorẽ ex eis recipiunt, ac sub eis intumescunt, aut indormiscunt: ista signa sunt corporis ac vitæ perditionis. Item quum sæpius emittunt sanguinem, tremunt, medicamento non conualescunt, & postmodum in paroxysmum incidunt, ad mortem tendunt.

Etiam quum alii calores & accidentia concurrunt alia, restrictio pectoris vel anhelitus, in vltimum signum cognoscenda sunt. Signorum eiusmodi multa quidem existunt, satisque nota: quare plurimis relictis, quæ magis notatu digna videbantur, hoc loco posuimus. Quæ vero prædictis carent accidentibus & signis, curatu facilia sunt. Notandum tamen, quum accidens aliquod in vulnus minime periculosum inciderit, vt morbi, qui dicti sunt, inciperent oriri, si per se bonum existat, id est curatu facile, medicamentum etiam bonum fuerit, est quod finis periculosus exspectetur.

DE SIGNORVM AVT REGIMINIS LOCIVE cuiusuis animaduersione, medico vel chirurgo perito minime necessaria.

CAPVT XVII.

CVm ex regimine cibi & potus caro nascatur, vel potius nutriatur, oritur quæstio, si differẽtia sit, aut vnius cibi caro melior existat, quam alterius? vt vtrum pulli meliorem carnem efficiant, vel capones suillis carnibus hoc loco sint salubriores? Meam percipite sententiam ad hunc modum. Principio non ignorandum, omne, quod editur, a stomacho digeri, naturaque in vnum finem, etsi mille ciborum varietates, vnica tamen omnes caro fiunt. Quare pullorum carnes talem carnẽ efficiunt, qualem auenæ pultes. Quamuis obiiceretur, vnum habere nigriorem carnem altero, magis rubeam, &c. Hoc ipsum concernit generationem, & non ciborum digestionem. *Pullorum caro vt & melius nutriat, quã suill. Stomachus omnia ingesta digerit.*

Simile quid a fabris ferrariis adduci potest, quorum quilibet peculiare ferrum equinum cudit, estque vnum alteri quodque simil. sic etiam, quæ nigra caro natura fuerit, æque sanabilis erit, atque alia quæuis. In eo tamen conditiones carnium differunt, quod si homo quid ederit, hoc ipsum caro fit hominis: & si porcus comederit, porcina caro futurum est: si canis, canina. Cum igitur caro naturã imitetur, & in eam transmutetur, quid refert quodcunq; comederit æger? *Carnis nulla differentia.*

Contra si quis obiiciat, ab accidentibus, quæ ex cibo prouenire credat, vt in febricitantibus, & loquatur, statim atque porcinas carnes edit, in febrem incidit, aut quoties piscibus vescitur, male mox habet. Non est, quod ægrotationes eiusmodi carni vel piscibus adscribas. at potius imbecillitati malæq; stomachi dispositioni, qui non semper omne, quod iniicitur ei, pari potest. Quare hac ratione sese defendit, ac ob eius irritationem corpus vna cum eo simul abhorret. Nam hominis vulnerati plurimum, & exanguis ventriculus nihil appetit. Si tamen quid administrandum sit, hoc ipsum tale fore necessum est, vt maxime debilis æger non abhorreat: vt offæ quædam aqua, butyro pauco, vel pinguedine modica madentes, aut vino: postmodum iure gallinaceo, deinceps bubulo vel ex bouinis carnibus, & postremo si fuerit opus ex suillis: vno sic post aliud administrato, quoad potentior fiat. Vbi iam instauratus fuerit ex se ipso natura sic adiuuante, non est quod respectum vulneris habeas, at exhibe quicquid fert e stomachus valuerit. *Morbus carni ne an piscib. adscribẽdus. Vulnerum cibus.*

Optimo possum igitur iure dicere, vulnerum non habẽdum esse respectum, at stomachi per seipsum ne disturbetur aut destruatur: vulneribus namque hac vis tribue-

Vulneri non habēdus respe ctus. niri melius poteſt. Quapropter accidentia vulneribus antedictis adſcribito cauſſis, & non cibis. Nam eo loci caro, quæ fit ex oleribus, gallinis, auibus, aut botulis, talis eſt, qualem natura fore cupit. Hoc tamen obſeruare bene poteris, vt cibos tales atque potus adminiſtres, qui ſanguinis & carnis plurimum efficiunt, vt eis naturæ citius ac melius ſubuentum ſit. Quod ad carnium ſalubriorem eſum, atque potuum excellentiam *Caro ſuillana ſalubris.* attinet, hoc ſcito. Credis ſuillas carnes bubulis inſalubriores: eadem eſt ac leporum ad vulpium carnes comparatio. Qua ratione chirurgus poterit guſtare, porcorum ſuperfluam pinguedinem, & quanto pondere bubulam excedat? Sane ſi talis humiditas in porcinis carnibus non exiſteret, eas, vt ſaluberrimas adminiſtrares, æque ac perdicinas. Quod ſcire de ſuillis carnibus voles: ipſæ quaſdam in ſua pinguedine proprietates habent, quæ ſtomacho quodammodo contrariæ ſunt eorum, qui cibum huiuſmodi non appetunt. Quamobrem ſtomacho nihil aliud huius imputandum venit, quam ob appetitus defectum & abhorrenſcentiam quandam, vel alicuius cibi nauſeam, & non propter inſalubritatem, vel ciborum noxam.

Vinū largè ſumtū nocet. In vino quidem obſeruabis, id ſano homini largius ſumtum nocere poſſe, quanto magis ægro. Si capiti ſano, quanto magis noxium erit vulnerato. Contra conſiderato, virium nihil aquam ſano tribuere, multo minus infirmo. Qua de cauſſa medium ſeruabis vtrinque iuxta conditiones infirmorum.

Signorum & locorum nulla habenda ratio. Signorum & locorum nullam rationem etiam habebis, vti de cibis antea dictum. In exemplum. Vbi conflictus millium viginti contingit, fieri minime poteſt, quin mille vulnerentur eodem membro, in quo ſignum idem extiterit eo tempore ac loco. Quid inde? Mille contra vulnerantur alio loco, qui dolores acerbiores patiuntur, moriunturque magis aliis. Quæ tandem huius occaſio, præterquam de locis corporis, habitu, medicamentiſque prauis demonſtratum fuit.

Quiſnam phlebotomiarum determinatam horam praſcribit? quis frigidum aut calidum adminiſtrat? vel condimenta more Monſpelianorum? Certe nemo. Accidere ſolet, vt, qui ſuillis & vitulinis carnibus, item ceruiſia vinoque repletus exiſtat, & vulneratus capite, perquā optime ſanetur, quia peritum habet medicum: Alius vacuus atq; ieiunus in tibia vulnus accipiens moritur, cuius rei cauſſæ, declaratæ ſuperius extiterunt. Signa, regimina, loci, regionum, corporiſque partes hactenus imperitorum excuſationes medicorū fuerunt. Si hæc, vt vultis contraria forēt infirmis, ex mille vix duo ſanarentur. Iſtæ ſunt veſtræ conditiones, vt iam de ſereno cœruleoque cœlo fabulemini, deque rebus altiſſimis duntaxat, & remotiſſimis. Nunc in cœlo hoc habetur: iam ab Occidente procedit illud: tum demum Luna furnariæ furcæ, vel rutabuli formam habet: poſtmodum Septentrionalis ventus afflat (de longinquis tantum) quæ in abietibus & in patibulis ſunt, ac omnia prorſus impediunt, imo quæ in Hiſpania, ſe*Medic. reprehenſio.* ptemque Selandiæ montibus exiſtunt, vnde longinqui venti prorumpunt: poſtremo de magnete comparationes adferunt. O cœci vos medici, quod in homine vobiſque præ manibus exiſtit, ſi conſpiceretis aut videretis, & quid in medicina, his veſtris peregrinationibus ore factis omnino relictis, cum eo minime peruenire poſſitis, nec ad locos pertingere quos inculpatis: in medicina perciperetis omnia conſiſtere.

DE FUNDAMENTO QUODAM ADUSTIONUM, & gelu.

CAPUT XVIII.

QVa ratione ſuas in corpus imprimat proprietates aduſtio, notandum venit, quocunque

cunque modo fiat: vtpote casum adustionis, vel accidens calorem non existere, sed subtilium spirituum asperitas vel acuitas potius corpus destruit.

Sal iterum accensum ignescit prorsum, & omne, quod ab igne hoc damnatum fit, nitrum efficit, & non essenti e complexio. Sulphur etiam accensum, aliam substãtiam ad se recipit, est nihilominus sulphur hoc ipsum. Quod autem absumit istud, est in eo, per accensionem tamen excitatum. Non alias de adustionibus. Quum ignis corpus aliquod arripit aduritq;, non externus ignis hoc efficit, quod damnum existit: verum accenditur corpus & quicquid inde sequitur damni, solum ex eo, quod accensum est procedit, ac in accensionem incidit. Vt lignum carbo per seipsum fit. Nam sulphur corporis, quamuis ipsum exhibeat flammam ob fixam eius conditionem, accenditur vriturque tamen, estque fixus ignis, & eo per externum adducitur, cui tantisper tantumque resistit, quantisper & quantum adfuerit ignis. *Adustio.*

Quamobrem in cura sulphur accensum arripi necessum est corporis, cum in eo sanatio consistat. Item vbicunque sanatio, vel vnde surgit eius origo, materia pariter & morbi subiectum existit. Et omnia, quæ huic adhibenda sunt medicamenta, solum ad superandum sulphur corporis ordinari debent. *Cura.*

Adustionis differentia duplex: vna per flammam, quæ molitur consumtionem: altera quæ fit bullientibus. Flamma fit siue lignorum pulucrum, resinarum, aut pinguedinum. Bullitionibus, vt calidorum oleorum, aquarum bullientium, &c. Præterea reperitur alia naturam habens vtriusque, vt ea, quæ fit liquefactis metallis, & similibus. *Adustionis differentia.*

Ad hæc animaduertendum, vtrum ex substantia quicquam adhæreat, an non: vt ex puluere, quod sulphur & salnitrum post se, vel sui consumtionem accensione factam, reliquam adhuc pinguedinem relinquant. Similiter oleum peculiare suum residuum, aliud metallum, aliud resina, aliud aqua, quodque proprium habet, cognitu necessarium: non propter sanationem, sed extremos dolores, quos inferunt huiusmodi reliquiæ.

Salis nitri, sulphuris, & resinarum spirituum acuitas peculiares dolores edit: nam ibidem est spiritus salis. Ex metallis etiam alios ac singulares, quod eo loco sit Mercurius. Ex aliis adurentibus adhuc alios, quia sulphur ibidem est resolutum. Huiusmodi sulphuris separationibus variantur in membro dolores, vti quibuslibet coloribus peculiariter aqua tingitur, iuxta suam conditionem atque naturam. Sed hæc omnia medicinam prorsus non cõcernunt. Nam prout aqua tingitur omni colore per viam vnicam, non alias hoc loco per medicinam vnicam fit alimentum. Et non secus ac aqua flammam & accensionem in corpore quouis extinguit, medicamentum etiam adustionem pellit. Adustionum dolores accidentalia sunt, originem ex igne ducentia: postmodum ex aere quidem exteriore mineralem conditionem acquirentia. Notandum insuper post veneni conceptionẽ istud per meatus, & venas in primum suum centrum penetrare, quo mortem inducit. *Adustionis dolores vnde.*

Iam de Gelu sciendum, vnumquodque calidum, vbi frigore superatum, id est, congelatum fuerit, postmodum in putrefactionem transire. Hac de caussa lignum & lapides ex gelu nullam putrefactionem accipiunt. *Lignum cur ex gelu non putrescat.*

Quæ prius bulliuit aqua, frigore superatur in congelationem, immutatur, & ex ea fit alia quædam aqua, putrefactioni plurimum obnoxia. Verum ea, quæ recens frigidaque transit in congelationem, ita non corrumpitur, quia nunquam caluit Sic de ceteris liquoribus intelligendum.

Quanto magis quod a natura calefit, putrefactionibus obnoxium existit: vt animal aut brutum congelatum, alias ac multo fœdius eius cadauer putrefactum olet, alio, quod alia via quauis interiit. Non alias de homine, quum sui corporis aliqua parte congelatur, accidit: quod naturalis calor, qui fuit ablatus, in suum cadauer nunquam redit amplius.

Membro congelato vita abit. Quum igitur membrum aliquod gelu prorsus rigidum fit, ab eo vita separatur, vt vbi tibia congelatur, vita moritur in ea, separarique necessum est a viuo, quod mortuum existit, a superiore parte genu videlicet. Ista congelatio priusquam emoriatur membrum, eius est vehemens indormitio, postquam a vita sua decidit. Et non alias ac *Frigoris in adurendo vis eadem ac ignis.* ignis membrum aliquod superat ac vincit, frigus idipsum etiam efficit. Item, prout aqua feruens etiam ignis ingenti frigore congelantur ac extinguuntur, non secus & naturalis calor, quum arripitur ab illo. Extinguitur itaque primo calor, & postmodum gelu vincitur. Nam atque membrum suo calore priuatum est, ei nunquam restitui potest. Cum hoc incipit congelari, calor a carne primo recedit, ob suæ humiditatis congelationẽ, postmodum a neruis, & postremo quidem a medullis ossium. Quapropter euenire solet, vt caro frustatim decidat, alia non corrupta, quod istam natura vehementer defenderit. Quandoque medullæ prorsum emoriuntur, vnde postmodum nulla sanitas vera succedere potest. Item sæpe cõtingit etiam, vt gelu tam subtile sit, porosq; penetret in medullas, quas congelat, illæsis aliis partibus: & nonnunquam intestina ceteris non tactis.

Congelationis morbi. Ex huiuscemodi congelationibus oriuntur varii morbi, permanentes in mortem vsque, prout Hydropisis, contracturæ, mania, lepra, &c. iuxta membri cuiuspiam arreptionem. In quibus chirurgum decet aliud quærere fundamentum, quo similia curare valeat, & non, vt veteres, vnica lyra choream ducere semper vnam ipsos imitando. Congelationibus igitur istis dummodo membrum omnino rigidum non existat, sic d in via succurendum est.

DE CVRIS AMBORVM, ADVSTIONIS *videlicet ac gelu: vel congelationis membrorum.*

CAPVT XIX.

Curam vtriusque, scilicet adustionis & congelationis vno sub medicamento concludam, quod ambæ per consumtionem in putrefactionẽ tendunt. Qua de caussa perquam vtilem Anatomiam vtrinque fore certum est. Communia, quæ passim a vulgaribus & aliis medicis remedia ponuntur, huc adducere nolo, nec eorum vix meminisse, propter eorum vulgarem vsum absque vtilitate, vt sunt *florum Tiliæ, Verbasciique liquores oleum lini, butyrum, & laridum calida liquefactaque, nec non alia plura.* Similiter & a, quæ ad congelationem vsurpata sunt remedia, magis quam ad remedium, in deprauationem vilia, quod variorum accidentium productiua fiat, in his, quæ per alia facile curari possent. Huius praui generis vnguenta sunt *Agrippinum,* & *de Terebinthina,* tum ea, quæ fiunt ex ouis, &c.

Remedia congelationis & adustionis.

Cura. Cura quidem earum est, vt vnius Mumiæ per additionem conseruetur altera, nempe debilitata, hunc in modum qui sequitur.

℞. *Olei costi lib. j. Seui hircini lib ß. Ceræ* ℥ *ix.* Fiat vnguentum, quod singulis quaternis horis applicandum est, aut sæpius, quo locus melius humiditatem suam retinere valeat.

Aliud

Aliud remedium.

℞. Olei ex laganis auium ℥ v. Adipis cerui ℥ ij. ß. Ceræ, Liquorum ex ouis, ana ℥ iiij, Misce simul,& vtere. Huiusmodi medicamentum ab initio curæ sufficiens est in finem vsque, nec opus alio, quod in eo mumia constituta sit, qua quidem vtraque frigoris congelatio, tum caloris adustio curatur.

Conclusio libri primi Bertheoneæ, Chirurgiæque minoris.

NOn dubito quin ante dictæ demonstrationes aliquibus, etsi æquo saltem breuiores fore videbuntur, illis puto, qui horum non antea nihil cognouerunt. Qui tamen aliquid in hac arte callet, ac medicus appellari si debeat, aperte satis intelligit omnia. Tum, qui discere cupiuerit, ex istis fundamenti satis accipiet.

Secreta quædam hoc loco subticere volui, quæ plurimum existimata sunt, vt in vulneribus capitis ac intestinorum,& similibus, quæ curæ periculosioris existunt: non ob ignorantiam, sed ex occasione quadam, scilicet, quod medicinæ temerarii nebulones immiscētur, qui sese præter fundamentũ intrudunt, siue docti, vel indocti fuerint, & ægros æque temere curandos, audacterque suscipiunt, ac si plurimum experti forent: quo fit, vt infirmos funditus perdant, & quandoq; iugulent. Vt istorum capitibus phantasias non adferam, quibus ex seipsis aliud perperam somniare possent, quod me non intelligerent, captu suæ rationis, aut alias quam scriberem, occasionem dare nolo, qua latius ægri quam sint ab istis perdentur, aut miserius. Quandoquidem in vulneribus capitis, quæ cerebrum detegunt, vel intestinorum, aut alui, quæ fissuram, scissionem, truncationem haberent, qui per instrumenta curandum sit, argenteas testas fistulasve, quibus tegi cerebrum, aut excrementorum ductus continuari debeat: idipsum expertum propriumque requirit hominem, & non insanum stolidumve caput, vt illi, qui sese passim in medicinam per fenestras, & non per ostium intrudunt, possident, &, qui quodcunque somniant, idipsum etiam audent exequi. His igitur quæ scripsi fecisse pro hac parte de Mumia, tum excusasse me satis volo.

Nebulones medicina.

Medici reprehensio.

FINIS PRIMI LIBRI DE MVMIA BERtheonea, vel Chirurgia minoris.

LIBER SECVNDVS BERTHEONEÆ CHIRVRGIÆQVE MINORIS D. Theoprasti Paracelsi.

DE BALSAMO, HOC EST, DE VLCERIBVS.

DE ABVSIBVS ET ERRORIBVS MEDICORVM & scribentium veterum, in hunc vsque diem perseuerantibus.

Præfatio.

HVIVS libelli principio conceptus eius adducendus, vt qui nihil aliud, quã de chirurgicis damnis, quæ natura per seipsam producit, hoc loco tractare solum intendat: quæque alias vlcera vel foramina vocantur. Priusquam tamen hanc meam præfatiunculam absoluero, quarundam contrarietatum & errorum hactenus a medicis in vlceribus, quod originem eorum concernit, & curam commissorum admissorumque mentionem faciam, & qua via processerint, & quos tenuere veteres errores demonstrabo.

Primo notandum. Visum fuit istis acuitatem in corpore sitam esse, quæ tamen huic damnum inferret nullum. Qui vero post accommodarint, vt in vlcerum originem venerit, ac fecerit vlcera, non sine quadam astutia factum est, ad hunc modum videlicet. Antea dixerant acuitatem hanc innoxiam fore corpori, verum, vt vlcera, quæ contra naturã fiunt, illi tribui possent: hepar in occasionẽ adduxerunt, ac docuerunt hac via per vlcera nempe repu[illegible]gari: quod planis etiã verbis, vt floribus ornarunt, obtegeruntque. Iecur autem, quod membrum sit ore carens, defendere se minime potuit ab iniuriis, quare falsam accusationem pati necessum fuit, cuius tamen est innocentissimum.

Acuitas nã in corpore, ei que noxia sit.

Accesserunt alii, qui hanc acuitatem alias inuoluerunt, fluxum eam baptizantes, a capite per descensum in inferiora petentem: & non secus ac iecinori capiti, quod rabulam non haberet, accidit. Vtrinque tamen horum expositores capitale fundamentum originis eorum, quæ asserebant, exponendum non assumserunt, id est, Anatomiam ipsam, quæ minime consentit, neque patitur ex alterutro documentorum suorum, speciem vlcerum aliquam oriri posse.

Potator strenuus vlceribus dat ansam.

Quamuis inficias ire minime nolim, potatorem ingentem vlceribus dominandi potestatem exhibere posse, medio debilis, aut læsi membri cuiuspiam, non iecinoris tamen. Dicite mihi vos Doctores, an fieri possit, vt ex hepate vulneratius aut vlcerarius morbus oriri valeat, melioribus quam extent hactenus demonstrationibus. Docete me, qua via fluxus a capite manans lupum efficit, scrophulas, aut alia cauer-

Hepar an sit origo vlcerarii morbi.

DE QVORVMVIS VLCERVM ORIginibus in genere.

CAPVT I.

Vlcus nullum præter corrosiua. VT primo de fundamento loquamur vlcerum, ignorandum non est, vlcus aliquod in corpore præter corrosiua nullo modo posse fieri: nullum etiam corrosiuum extra genera salium reperitur. Inde quæuis vlcera suam ex salibus originem ducere sequi necessum est: non ea via quidem, vt sal transmutetur, melius aut peius reddatur, vti de complexionibus fictum. *Vlcera ex sale omnia.* Quapropter primum hoc est, quod sciatis, in corpore nil peius reddi, sed quod malum ibidem existit, a natiuitate simul ortum esse, ac in temperatura sic permansisse, vt nulla suæ substantiæ manifestatio facta sit. *Malum omne a natiuitate.*

Salium varietas centuplicata. Vti iam vlcerum originem salia fore dixi, hoc etiam est scitu maxime necessarium centuplicatam in corpore salium existere varietatem, quorum quodque genus peculiare suum vlcus efficit: ex quorum conditionibus iuxta salium existentiam, vlcus peius fit, aut melius alio. Inde suam formam, conditionem, & essentiam, vt externa salia sumunt. Sal quod limaturæ ferri permiscetur, peculiarem suam ferruginem habet: item sal vrinæ suam, & alumina propriam, &c. Quamquam ferrum vnum & idem existit, nihilominus transmutationes, quæ per salia fiunt, haudquaquam similes, quod in salium conditiones transeant. Et prout vnum gustu vehementius est alio, quod a differentia percipitur inter vitriolum, sal commune, sal nitrum, & alumen, quodque peculiarem dolorem infert, vti gustum habet proprium. Hæc de salibus.

Non secus, imo peius ea, quæ proueniunt ex Realgaribus efficiunt, vt Arsenicalia sunt, auripigmenta, vsnea petrea, &c. vt ista pro sui conditione veneni tumefaciunt, pungunt, &c. hic etiam vbi producunt vlcera se palam faciunt. Horum omnium primum fundamentum est, cognoscere totum corpus in huiusmodi salibus constitutum: & quantum externa mineralia comprehendunt, Microcosmum tantundem etiam concludere. Ex prædictis fiunt vlcera, non alias quam super ferrum ferrugo, quod proprium sal consumit. Sic & cuprum suo sale proprio conuertitur in æris florem, aut viride æris: non secus in sui confusationem per salia sua transmutatur corpus. *Vlcera ex salibus.*

Vlcerum alia origo. Alia nonnullorum vlcerum origo fit ad hunc modum. Salia quadam subtilia sunt, & liquorosa, quæ per propriam subtilitatem corrumpuntur, eo quod in aliis liquoribus existunt aut separantur postmodum in hunc modum. Vinum integrum & sanum videtur, & in eo sal eius non percipitur, quia dulce benumque, nec non in sua substantia potentissimum: suo tempore post ab eo sal proprium separatur, ac tartarum producit ad latera vasis, quod sal acutissimum existit. Pariter in corpore liquor, qui necessarius est illi, temporis etiam successu talem in separationem transit: pellis eius est vas, cui tartarus adhæret, vt in dolio, cum sua differentia tamen, & corpus corrodit. Similiter vinum acescit, qui substantia sua separatur ab eo. Nam alias in corpore liquoribus accidit, qui centuplicate variantur, vbi similem in acetositatem incidunt, statim adest corrosiuum. *Sal tartari acutissimum.*

Salium multitudo in corpore. Nec est, quod miretur quispiam ob salium in corpore multitudinem, cum idipsum varietas demonstret vlcerum corporis, in quo generationes omnis elementorum existunt. Latius notandum salia corrosiua iuxta separationis tartari, nec non aceti processum a vino similiter vlcerum originem esse, quum in suam exaltationem ad hunc modum veniunt. Et prout vnum diurius altero vinum conseruatur, & acutius existit, in corpore salia haud absimilem differentiam habent. Quinam in corpore posset aliquid *Vlcerum origo alia.*

quid existere, quod præter corrosiuum vlcus forare posset? aut corrosiuum esse potest, quod sal non sit? Quam ob caussam igitur medicus ab hoc fundamento recedere vellet, tum ab originibus veris vlcerum? & id quod ipsamet natura dedit, in quo posita sunt etiam omnia, non erit considerandum, secundum eius tenorem ac ordinem? & in his peculiares nugæ, quas effutit Auicenna cum adhærentibus ei, forent obseruandæ?

Inspicito naturam suis in proprietatibus conditionibusve, in elementis, quid operetur ac producat. Propone tibi elementum Aquæ, videque diligenter, quam varia salia nascantur ex eo, prout communia, tum alumina, vitriola, &c. Pariter elementum Terræ, qui mirum in modum sua salia producat in pipere, zingibire, Aromatibus, Vrtica, &c. vt interim tereniabin & nostoch subticeam. Item in quot fines salia tendant, & quam varias operationes sub finem demonstrent. Ad hæc etiam considera, corpus in se conditionem elementorum habere, tum etiam ipsummet elementa fore, non ratione frigiditatis, aut humiditatis, caliditatis aut siccitatis. Hæc dicta putato, quod aquæ bene corpus fructus & mineralia producat, ac alia elementa. *Salia elementorũ.*

Aspice quinam generetur aurum, quod non nisi fructus est elementi sui: aliud aspice, nempe smaragdos, qui sui sunt etiam elementi fructus, vt horum incorruptibiles nonnulli, & alii magis. Vbi tales in corpore fructus generantur, quis non iudicabit illud ad vitam longam & sanam? Contra, cum ex elementis ferrum etiam confluat, quod sua ferrugo rodit: item Lephanteus, quem edunt vermes: si corporis elementum similem fructum etiam producit, quis hominem eiusmodi sanum iudicabit? Ad hæc notandum, prout quoduis elementum in seipso bonum atque malum producit, absque damno sui ipsius (hoc Anatomiæ quidem ordine caussante) sic etiam in corpore, quum in damnum tendit ex tempore, per exemplum vini & aceti poterit intelligi.

Vt vides accidere sæpius, ex elemento mineram tempore quodam produci, quod eo loco minime fuerat auditum antea: hac ratione pariter origines morborum intelligito, nam prout illæ sese patefaciunt, & morbi frequentes prorumpunt. Quapropter originem ad hunc modum expromito, quum inuestigare poteris, vt quum separatio metallorum suos flores emittere cupit, etiam scire poteris, quum similia prodeunt vlcera. Non alias enim atque se palam faciunt illa, per separationem, & morbi sese pariter manifestant. Quæ quidem separatio nisi fieret, nulla neque bona, neque mala metalla prodirent in lucem. Sic etiam in corpore nisi fieret separatio, nulla sanitas, neque morbus vllus accideret. Cum igitur in separationem ordinata sunt omnia, primum hoc fundamentum est, vt separatio cognoscatur a medico. Qua ratione homo sit elementum, & quatuor elementorum in se conditionem habeat, intelligendum, non iuxta complexiones, quæ quidem elementum nullum efficiunt: atinde quæ nascuntur mineralia, præbent elementum. Sic & homo etiam elementum existit, ac sua sanitas & infirmitas mineralia sunt: item corpus ex quo productio fit, est Matrix, & semen istius est id, ex quo procedunt omnia mineralia. Hoc de semine licet hic taccam, quod philosophicum potius quam medicum existat. Quanquam Aristotelica lyra, tum artistarum fistulæ viles, talia minime canant, propterea non est quo moueatur medicus: nam ipsa natura demonstrat, vbi semen hoc lateat: quid sit Matrix, & quid postmodum ex istis duobus enascatur. *Morborũ origo qualis.* *Separatio a medico cognoscẽda.*

In cuius siquidem distinctionis declarationem, exemplum hoc ponemus. Elementum Aquæ suum in aqua corpus habet, ac sua mineralia producit in aliud elemen-

Vulneri non habēdus respectus. niri melius potest. Quapropter accidentia vulneribus antedictis adscribito caussis, & non cibis. Nam eo loci caro, quæ fit ex oleribus, gallinis, auibus, aut botulis, talis est, qualem natura fore cupit. Hoc tamen obseruare bene poteris, vt cibos tales atque potus administres, qui sanguinis & carnis plurimum efficiunt, vt eis naturæ citius ac melius subuentum sit. Quod ad carnium salubriorem esum, atque potuum excellentiam attinet, hoc scito. *Caro suilla nō insalubris.* Credis suillas carnes bubulis insalubriores: eadem est ac leporum ad vulpium carnes comparatio. Qua ratione chirurgus poterit gustare, porcorum superfluam pinguedinem, & quanto pondere bubulam excedat? Sane si talis humiditas in porcinis carnibus non existeret, eas, vt saluberrimas administrares, æque ac perdicinas. Quod scire de suillis carnibus voles: ipsæ quasdam in sua pinguedine proprietates habent, quæ stomacho quodammodo contrariæ sunt eorum, qui cibum huiusmodi non appetunt. Quamobrem stomacho nihil aliud huius imputandum venit, quam ob appetitus defectum & abhorrenscentiam quandam, vel alicuius cibi nauseam, & non propter insalubritatem, vel ciborum noxam.

Vinū largè sumtū nocet. In vino quidem obseruabis, id sano homini largius sumtum nocere posse, quanto magis ægro. Si capiti sano, quanto magis noxium erit vulnerato. Contra considerato, virium nihil aquam sano tribuere, multo minus infirmo. Qua de caussa medium seruabis vtrinque iuxta conditiones infirmorum.

Signorum & locorum nulla habenda ratio. Signorum & locorum nullam rationem etiam habebis, vti de cibis antea dictum. In exemplum. Vbi conflictus millium viginti contingit, fieri minime potest, quin mille vulnerentur eodem membro, in quo signum idem extiterit eo tempore ac loco. Quid inde? Mille contra vulnerantur alio loco, qui dolores acerbiores patiuntur, moriunturque magis aliis. Quæ tandem huius occasio, præterquam de locis corporis, habitu, medicamentisque prauis demonstratum fuit.

Quisnam phlebotomiarum determinatam horam præscribit? quis frigidum aut calidum administrat? vel condimenta more Mouspeliauorum? Certe nemo. Accidere solet, vt, qui suillis & vitulinis carnibus, item ceruisia vinoque repletus existat, & vulneratus capite, perquā optime sanetur, quia peritum habet medicum: Alius vacuus atq; ieiunus in tibia vulnus accipiens moritur, cuius rei caussæ, declaratæ superius extiterunt. Signa, regimina, loci, regionum, corporisque partes hactenus imperitorum excusationes medicorū fuerunt. Si hæc, vt vultis contraria forēt infirmis, ex mille vix duo sanarentur. Istæ sunt vestræ conditiones, vt iam de sereno cœruleoque cœlo fabulemini, deque rebus altissimis duntaxat, & remotissimis. Nunc in cœlo hoc habetur: iam ab Occidente procedit illud: tum demum Luna furnariæ turcæ, vel rutabuli formam habet: postmodum Septentrionalis ventus afflat (de longinquis tantum) quæ in abietibus & in patibulis sunt, ac omnia prorsus impediunt, imo quæ in Hispania, septemque Selandiæ montibus existunt, vnde longinqui venti prorumpunt: postremo de magnete comparationes adferunt. *Medic. reprehensio.* O cœci vos medici, quod in homine vobisque præ manibus existit, si conspiceretis aut videretis, & quid in medicina, his vestris peregrinationibus ore factis omnino relictis, cum eo minime peruenire possitis, nec ad locos pertingere quos inculpatis: in medicina perciperetis omnia consistere.

DE FVNDAMENTO QVODAM ADVstionum, & gelu.

CAPVT XVIII.

QVa ratione suas in corpus imprimat proprietates adustio, notandum venit, quocunque

cunque modo fiat: vtpote casum adustionis, vel accidens calorem non existere, sed subtilium spirituum asperitas vel acuitas potius corpus destruit.

Sal iterum accensum ignescit prorsum, & omne, quod ab igne hoc damnatum fit, nitrum efficit, & non essenti e complexio. Sulphur etiam accensum, aliam substãtiam ad se recipit, est nihilominus sulphur hoc ipsum. Quod autem absumit istud, est in eo, per accensionem tamen excitatum. Non alias de adustionibus. Quum ignis corpus aliquod arripit aduritq;, non externus ignis hoc efficit, quod damnum existit: verum accenditur corpus & quicquid inde sequitur damni, solum ex eo, quod accensum est procedit, ac in accensionem incidit. Vt lignum carbo per seipsum fit. Nam sulphur corporis, quamuis ipsum exhibeat flammam ob fixam eius conditionem, accenditur vriturque tamen, vsque fixus ignis, & eo per externum adducitur, cui tantisper tantumque resistit, quantisper & quantum adfuerit ignis. *Adustio.*

Quamobrem in cura sulphur accensum arripi necessum est corporis, cum in eo sanatio consistat. Item vbicunque sanatio, vel vnde surgit eius origo, materia pariter & morbi subiectum existit. Et omnia, quæ huic adhibenda sunt medicamenta, solum ad superandum sulphur corporis ordinari debent. *Cura.*

Adustionis differentia duplex: vna per flammam, quæ molitur consumtionem: altera quæ fit bullientibus. Flamma fit siue lignorum pulucrum, resinarum, aut pinguedinum. Bullitionibus, vt calidorum oleorum, aquarum bullientium, &c. Præterea reperitur alia naturam habens vtriusque, vt ea, quæ fit liquefactis metallis, & similibus. *Adustionis differentia.*

Ad hæc animaduertendum, vtrum ex substantia quicquam adhæreat, an non: vt ex puluere, quod sulphur & salnitrum post se, vel sui consumtionem accensione factam, reliquam adhuc pinguedinem relinquant. Similiter oleum peculiare suum residuum, aliud metallum, aliud resina, aliud aqua, quodque proprium habet, cognitu necessarium: non propter sanationem, sed extremos dolores, quos inferunt huiusmodi reliquiæ.

Salis nitri, sulphuris, & resinarum spirituum acuitas peculiares dolores edit: nam ibidem est spiritus salis. Ex metallis etiam alios ac singulares, quod eo loco fit Mercurius. Ex aliis adurentibus adhuc alios, quia sulphur ibidem est resolutum. Huiusmodi sulphuris separationibus variantur in membro dolores, vti quibuslibet coloribus peculiariter aqua tingitur, iuxta suam conditionem atque naturam. Sed hæc omnia medicinam prorsus non cõcernunt. Nam prout aqua tingitur omni colore per viam vnicam, non alias hoc loco per medicinam vnicam fit alimentum. Et non secus ac aqua flammam & accensionem in corpore quouis extinguit, medicamentum etiam adustionem pellit. Adustionum dolores accidentalia sunt, originem ex igne ducentia: postmodum ex aere quidem exteriore mineralem conditionem acquirentia. Notandum insuper post veneni conceptionẽ istud per meatus, & venas in primum suum centrum penetrare, quo mortem inducit. *Adustionũ dolores vnde.*

Iam de Gelu sciendum, vnumquodque calidum, vbi frigore superatum, id est, congelatum fuerit, postmodum in putrefactionem transire. Hac de caussa lignum & lapides ex gelu nullam putrefactionem accipiunt. *Lignum cur ex gelu non putrescat.*

Quæ prius bulliuit aqua, frigore superatur in congelationem, immutatur, & ex ea fit alia quædam aqua, putrefactioni plurimum obnoxia. Verum ea, quæ recens frigidaque transit in congelationem, ita non corrumpitur, quia nunquam caluit Sic de ceteris liquoribus intelligendum.

K

Aliud remedium.

℞. *Olei ex laganis auium* ℥ v. *Adipis cerui* ℥ ij. ß. *Ceræ, Liquorum ex ouis, ana* ℥ iiij. Misce simul,& vtere. Huiusmodi medicamentum ab initio curæ sufficiens est in finem vsque, nec opus alio, quod in eo mumia constituta sit, qua quidem vtraque frigoris congelatio, tum caloris adustio curatur.

Conclusio libri primi Bertheoneæ, Chirurgiæque minoris.

NOn dubito quin ante dictæ demonstrationes aliquibus, etsi æquo saltem breuiores fore videbuntur, illis puto, qui horum non antea nihil cognouerunt. Qui tamen aliquid in hac arte callet, ac medicus appellari si debeat, aperte satis intelligit omnia. Tum, qui discere cupiuerit, ex istis fundamenti satis accipiet.

Secreta quædam hoc loco subticere volui, quæ plurimum existimata sunt, vt in vulneribus capitis ac intestinorum,& similibus, quæ curæ periculosioris existunt: non ob ignorantiam, sed ex occasione quadam, scilicet, quod medicinæ temerarii nebulones immiscêtur, qui sese præter fundamentū intrudunt, siue docti, vel indocti fuerint, & ægros æque temere curandos, audacterque suscipiunt, ac si plurimum experti forent: quo fit, vt infirmos funditus perdant, & quandoq; iugulent. Vt istorum capitibus phantasias non adferam, quibus ex seipsis aliud perperam somniare possent, quod me non intelligerent, captu suæ rationis, aut alias quam scriberem, occasionem dare nolo, qua latius ægri quam sint ab istis perdentur, aut miserius. Quandoquidem in vulneribus capitis, quæ cerebrum detegunt, vel intestinorum, aut alui, quæ fissuram, scissionem, truncationem haberent, qui per instrumenta curandum sit, argenteas testas fistulasve, quibus tegi cerebrum, aut excrementorum ductus continuari debeat: idipsum expertum propriumque requirit hominem, & non insanum stolidumve caput, vt illi, qui sese passim in medicinam per fenestras, & non per ostium intrudunt, possident, &, qui quodcunque somniant, idipsum etiam audent exequi. His igitur quæ scripsi fecisse pro hac parte de Mumia, tum excusasse me satis volo.

Nebulones medicina.

Medicæ reprehensio.

FINIS PRIMI LIBRI DE MVMIA BERtheonea, vel Chirurgia minoris.

LIBER SECVNDVS BERTHEONEÆ CHIRVRGIÆQVE MINORIS D. Theoprasti Paracelsi.

DE BALSAMO, HOC EST, De Vlceribvs.

DE ABVSIBVS ET ERRORIBVS MEDICORVM & scribentium veterum, in hunc vsque diem perseuerantibus.

Præfatio.

QVIVS libelli principio conceptus eius adducendus, vt qui nihil aliud, quã de chirurgicis damnis, quæ natura per seipsam producit, hoc loco tractare solum intendat: quæque alias vlcera vel foramina vocantur. Priusquam tamen hanc meam præfatiunculam absoluero, quarundam contrarietatum & errorum hactenus a medicis in vlceribus, quod originem eorum concernit, & curam commissorum admissorumque mentionem faciam, & qua via processerint, & quos tenuere veteres errores demonstrabo.

Primo notandum. Visum fuit istis acuitatem in corpore sitam esse, quæ tamen huic damnum inferret nullum. Qui vero post accommodarint, vt in vlcerum originem venerit, ac fecerit vlcera, non sine quadam astutia factum est, ad hunc modum videlicet. Antea dixerant acuitatem hanc innoxiam fore corpori, verum, vt vlcera, quæ contra naturã fiunt, illi tribui possent: hepar in occasionẽ adduxerunt, ac docuerunt hac via per vlcera nempe repurgari: quod planis etiã verbis, vt floribus ornarunt, obtegeruntque. Iecur autem, quod membrum sit ore carens, defendere se minime potuit ab iniuriis, quare falsam accusationem pati necessum fuit, cuius tamen est innocentissimum. *Acuitas non in corpore, eique noxia sit.*

Accesserunt alii, qui hanc acuitatem alias inuoluerunt, fluxum eam baptizantes, a capite per descensum in inferiora petentem: & non secus ac iecinori capiti, quod rabulam non haberet, accidit. Vtrinque tamen horum expositores capitale fundamentum originis eorum, quæ asserebant, exponendum non assumserunt, id est, Anatomiam ipsam, quæ minime consentit, neque patitur ex alterutro documentorum suorum, speciem vlcerum aliquam oriri posse.

Quamuis inficias ire minime nolim, potatorem ingentem vlceribus dominandi potestatem exhibere posse, medio debilis, aut læsi membri cuiuspiam, non iecinoris tamen. Dicite mihi vos Doctores, an fieri possit, vt ex hepate vulnerarius aut vlcerarius morbus oriri valeat, melioribus quam extent hactenus demonstrationibus. Doceteme, qua via fluxus e capite manans lupum efficit, scrophulas, aut alia cauer- *Potator strenuus vlceribus dat ansam.* *Hepar an sit origo vlcerarii morbi.*

nosa,hisve præbet originem, siue in brachiis vel pedibus, &c. Aut respondete saltem, vtrum pars vna in alteram absque partis eiusdem coniunctione transire valeat? interea progrediar.

Vlcerum diuersitas. Postmodum hæc sua redegerunt in ordinem, per enormes errores, ex specierum vlcerum varietate depromtos. Oportuit enim eos considerasse tam varias vlcerum conditiones, in suis etiam originibus variare, cum tot & tam variæ demonstrationes apparuerint. Quædam vrentia, pungentia nonnulla, mitia quædam, alia sicca, & alia humida fuere, &c. Origines eiusmodi suo modo frenantur, vt sequitur.

Humores quatuor reprobantur. Sua ratio quatuor humores eis inspirauit, *Choleram. Melancholiam, Sanguinem*, & *Phlegma*. Quatuor hæc inter se concordarunt, eisque dederunt potestatem. Vnum est acidum, aliud amarum, vnum salsum, & aliud e contra dulce. Videte quæso, quinam ista cum originibus vlcerum, item cum fluxionibus & hepate conueniant, cum splene renibusque? Quaternarium hunc tam diu cuderent in terebram, donec sub finem foramina terebrauerit. Iam foramen extitit melancholicum, a colore sumto iudicio: iam cholericum ab vstione: modo sanguineum, a sanguinis emissione: postremo phlegmosum, a miti conditione, quia dolores nullos efferent. Aptere corrigialis calcee, sine te parari, vel teipsum accommodato.

Quatuor istos humores etiam in corpore posuerunt: si verum sit, vbinam latent, vt quatuor isti sibi tam apte foramen eodem loco faciant? Itē quod omnes sæpe contenti sint vnico tantum vlcerario foramine, & non pluribus? aut qua ratione cholera potest ossa, pellem, & carnem rodendo consumere? Nullus in ea canis moratur: quinam ipsa Melancholia potest acedine sua? cum æruginis ibidem nil habeatur, aut quod æruginem contrahere possit acetositate: quare id efficiet Phlegma, vel conditio sanguinis?

Pati sane potuissem, vos hanc vestram terebram in meliorem formam excussisse, mihique demonstrasse chalybem eius, & vnde veniat, item fabrum, qui tam acutam fecit eam. Si dicatis choleram esse adustam: quid hoc est, quod illam adurit? An ignoratis omne, quod adustum est, vires nullas retinere? carbones aspicite. Dicitis melancholiam adustam esse, quæ postquam sic vritur, instar Diaboli rodit. Si corrosio talis existit in adustionibus, quis adurit Phlegma? quis Sanguinem? Priusquam talia loqui vel scriberc, ruminasse melius ea debuistis.

Splen sedes melancholiæ. Epar sanguinis. Fel cholera. Cerebrū phlegmatis. De sede quadam in splene loquimini, super quam ipsa Melancholia sedet: si sedeat ibidem, qui fit, vt in tibias veniat? Item in epate suam habere sedem Sanguinem asseritis: quantum ego iecur vel hepar vidi, nunquam in eo sedem aliquam reperi. Qui potest etiam cholera suam originem ex felle ducere: si cholera fore debeat, vbi nam est in ea fellis conditio? Phlegma suum in cerebro patrem habere, quam egregium genuisset filium nomine Phlegma? Si excrementa fiant humores, oletum erit humor intestinorum, & vrina vesicæ. Primum amouete vos excrementum, ei suas proprietates, & loca in quibus existit tribuentes: postmodum videte melius, vbi vestri fuerint humores.

Humorū coniunctiones nullæ. Vt de prolixitate fabulationum vestrarum taceam, quid sibi volunt illæ quas facitis coniunctiones: iam cholera melancholiam adurit, nunc illam ista: modo sanguis pati cogitur, mox medullæ: iam ossa, talesq; variæ passiones fiunt. Quinam id probare poteritis, nempe coniunctiones humorum posse fieri, cum humor nullus alium recipiat, non inficiat alium, nec impurum efficiat? vt interim subticeam, vos nondum humorum Anatomiam vnquam probasse, vel scripsisse, quinam differant: multo minus

vnde

vnde conditionem habeant, vt ex eis tam variæ plus quam centuplicatæ species oriri possint. Non sunt elementa, nec matrices, qui probare possetis, tot acedines, dulcedines, salsedines, & amaritudines, vna cum tot ac tam variis demonstrationibus & signis ex quatuor istis enasci? Verum consilia vestra puerilia sunt, ac inania.

Docete quid sit cancer: estne Melancholia? sedes eius hac ratione foret in pectore, vel scapulas inter. At sedes eius est origo, quæ quidem locus est morbi, quo in loco matrix etiam existit. Quid melācholici foraminis igitur in tibiis esse potest? si cholera sit hoc ipsum, quid igitur in lupo fuerit? Cancrum hac ratione separamus a lupo, matricem vnam vel duas considerantes, & sub eisdem signis manemus. Quid est Esthiomenum, quid persicum, suntne conditionis eiusdem adustio, vel natura? Vnde prouenit hæc adustio: an ex humoribus? Hac ratione humor aduritur, & nō lignum, aut corpus. Quid hoc est quod vritur? est minera, nō humor. Humor est vniuscuiusq; rei humiditas, indita naturaliter ei, ne siccetur. Quid igitur tā admirādi vultis ex humore fingere? *Cancer quid.* *Esthiomenum*

Si progrediantur hæc vestra consilia, opus tandem in stomachum transmutabitur: poteritis ne vos illi ventrem etiam & anum assignare, tum humores in lignum aptare mihi, quod per seipsum accendatur? Sic vnusquisque humor aptabitur, non ex intellectu naturæ, vel eius luce. Non animaduertitis ignem persicum, aut prunum esse resinam? Omne siquidem ardens aut vstionem recipiens, resinæ subiectum est. Docete me rursus: vnde scrophulæ proueniunt, an etiam ex cholera? Quare non igitur totam regionem auferunt? Estne melancholica? Quis illi similem formam indidit? Estne phlegma? Quis illi rex aut recto facit emunctoria? Estne sanguis? vbi venæ, quæ hunc in modum expurgantur? Postremo persicum vlcus futurum est. Interrogo vos ergo: potestne hoc ex phlegmate, sanguine, melancholia, vel cholera nasci? Sunt igitur ita quatuor igne refecta pariter omnia? Qui mihi fuerit intelligendum, quod humores & cutē in chalybem transmutent? aut qui chalybs eo peruenerit? Omnia fingite præter Æthnam, alias ad extremum redacti fingetis purgatorium, quod vestris adaptetis. Verumenimuero quantum ego vos meis agnoui temporibus, haud miror, tam futilia sequi consilia vos, & nugas tam enormes Philosophiam existimare, Theoricam & Euangelia sacra fore velle. Poterit vnusquisque iudicare, considerareque ab his, quæ dicta sunt a me non immerito, vos minime feliciter Medicinam exercuisse: quod enormia nimium hæc mendacia vobis in fundamentum elegeritis, & considerasse non potuistis, cum cura, quæ sumitur & sequitur, ex eo fundamento sit mendosa, radicem eius esse mendacium, & eos, qui hanc amplectuntur, per eam fore mendaces. *Ignis Persicus est resina.* *Scrophula vnde.* *Medic. reprehensio.*

Asinus quiuis tantam discretionem habet, vt eo non redeat loco, in quo sibi mali sinistriue quid accidit: quanto vos prudentiores decet fore medicos? vtrum sapientia consistat in pileolo rubro, vel in auribus, iudicate vos ipsi. Friuola nullaque responsio fuerit, Auicennam, aut alium Patronum vestrum dixisse, *Vlcus est incurabile*: iuxta suam rationem & artem responsio dici potest, iudicate vos tamen, vtrum vera sit an falsa. Probate melius, & si falsam inueniatis, cur igitur talem nō existimatis, vt est? Honestum foret cognoscere vos, cur Lithargyrio ad curam vlcerum vtimini, cur æque vehemens sit, ac si camphora foret in persico, cum duarum tamen complexionum existant. Et quod maius est vitium, de vestro fundamento desperare vos necessario in Theorica receptisque vestris oportere, postremo rusticorum recepta suscipere. Vtinam vos æque bene chirurgiæ negotium intelligeretis ac rustici, putarem id a vobis non ita fœdatum iri vestris compositionibus. Quod ad verum fundamentum attinet, in sequentibus latius adducetur.

DE QVORVMVIS VLCERVM ORIginibus in genere.

CAPVT I.

Vlcus nullum præter corrosiua. Vlcera ex sale omnia. Malum omne a natiuitate. Salium varietas centuplicata.

VT primo de fundamento loquamur vlcerum, ignorandum non est, vlcus aliquod in corpore præter corrosiua nullo modo posse fieri: nullum etiam corrosiuum extra genera salium reperitur. Inde quæuis vlcera suam ex salibus originem ducere sequi necessum est: non ea via quidem, vt sal transmutetur, melius aut peius reddatur, vti de complexionibus fictum. Quapropter primum hoc est, quod sciatis, in corpore nil peius reddi, sed quod malum ibidem existit, a natiuitate simul ortum esse, ac in temperatura sic permansisse, vt nulla suæ substantiæ manifestatio facta sit.

Vti iam vlcerum originem salia fore dixi, hoc etiam est scitu maxime necessarium centuplicatam in corpore salium existere varietatem, quorum quodque genus peculiare suum vlcus efficit: ex quorum conditionibus iuxta salium existentiam, vlcus peius fit, aut melius alio. Inde suam formam, conditionem, & essentiam, vt externa salia sumunt. Sal quod limaturæ ferri permiscetur, peculiarem suam ferruginem habet: item sal vrinæ suam, & alumina propriam, &c. Quamquam ferrum vnum & idem existit, nihilominus transmutationes, quæ per salia fiunt, haudquaquam similes, quod in salium conditiones transeant. Et prout vinum gustu vehementius est alio, quoda differentia percipitur inter vitriolum, sal commune, sal nitrum, & alumen, quodque peculiarem dolorem infert, vti gustum habet proprium. Hæc de salibus.

Non secus, imo peius ea, quæ proueniunt ex Realgaribus efficiunt, vt Arsenicalia sunt, auripigmenta, vsnea petrea, &c. vt ista pro sui conditione veneni tumefaciunt, pungunt, &c. hic etiam vbi producunt vlcera se palam faciunt. Horum omnium primum fundamentum est, cognoscere totum corpus in huiusmodi salibus constitutum: & quantum externa mineralia comprehendunt, Microcosmum tantundem etiam concludere. Ex prædictis fiunt vlcera, non alias quam super ferrum ferrugo, quod proprium sal consumit. Sic & cuprum suo sale proprio conuertitur in æris florem, aut viride æris: non secus in sui consumationem per salia sua transmutatur corpus.

Vlcera ex salibus.

Vlcerū alia origo.

Aliā nonnullorum vlcerum origo fit ad hunc modum. Salia quædam subtilia sunt, & liquorosa, quæ per propriam subtilitatem corrumpuntur, eo quod in aliis liquoribus existunt aut separātur postmodum in hunc modum. Vinum integrum & sanum videtur, & in eo sal eius non percipitur, quia dulce bonumque, nec non in sua substantia potentissimum: suo tempore post ab eo sal proprium separatur, ac tartarum producit ad latera vasis, quod salacutissimum existit. Pariter in corpore liquor, qui necessarius est illi, temporis etiam successu talem in separationem transit: pellis eius est vas, cui tartarus adhæret, vt in dolio, cum sua differentia tamen, & corpus corrodit. Similiter vinum acescit, qui substantia sua separatur ab eo. Nam alias in corpore liquoribus accidit, qui centuplicate variantur, vbi similem in acetositatem incidunt, statim adest corrosiuum.

Sal tartari acutissimum.

Salium multitudo in corpore.

Vlcerum origo alia.

Nec est, quod miretur quispiam ob salium in corpore multitudinem, cum idipsum varietas demonstret vlcerum corporis, in quo generationes omnes elementorum existunt. Latius notandum salia corrosiua iuxta separationis tartari, nec non aceti processum a vino similiter vlcerum originem esse, quum in suam exaltationem ad hunc modum veniunt. Et prout vnum diutius altero vinum conseruatur, & acutius existit, in corpore salia haud absimilem differentiam habent. Quinam in corpore possit aliquid

quid exiſtere, quod præter corroſiuum vlcus forare poſſet? aut corroſiuum eſſe poteſt, quod ſal non ſit? Quam ob cauſſam igitur medicus ab hoc fundamento recedere vellet, tum ab originibus veris vlcerum? & id quod ipſamet natura dedit, in quo poſita ſunt etiam omnia, non erit conſiderandum, ſecundum eius tenorem ac ordinem? & in his peculiares nugæ, quas effutit Auicenna cum adhærentibus ei, forent obſeruandæ?

Inſpicito naturam ſuis in proprietatibus conditionibuſque, in elementis, quid operetur ac producat. Propone tibi elementum Aquæ, videque diligenter, quam varia ſalia naſcantur ex eo, prout communia, tum alumina, vitriola, &c. Pariter elementum Terræ, qui mirum in modum ſua ſalia producat in pipere, zingibire, Aromatibus, Vrtica, &c. vt interim tereniabin & noſtoch ſubticeam. Item in quot fines ſalia tendant, & quam varias operationes ſub finem demonſtrent. Ad hæc etiam conſidera, corpus in ſe conditionem elementorum habere, tum etiam ipſummet elementa fore, non ratione frigiditatis, aut humiditatis, caliditatis aut ſiccitatis. Hæc dicta putato, quod aquæ bene corpus fructus & mineralia producat, ac alia elementa. *Salia elementorũ.*

Aſpice quinam generetur aurum, quod non niſi fructus eſt elementi ſui: aliud aſpice, nempe ſmaragdos, qui ſui ſunt etiam elementi fructus, vt horum incorruptibiles nonnulli, & alii magis. Vbi tales in corpore fructus generantur, quis non iudicabit illud ad vitam longam & ſanam? Contra, cum ex elementis ferrum etiam confluat, quod ſua ferrugo rodit: item Lephanteus, quem edunt vermes: ſi corporis elementum ſimilem fructum etiam producit, quis hominem eiuſmodi ſanum iudicabit? Ad hæc notandum, prout quoduis elementum in ſeipſo bonum atque malum producit, abſque damno ſui ipſius (hoc Anatomiæ quidem ordine cauſſante) ſic etiam in corpore, quum in damnum tendit ex tempore, per exemplum vini & aceti poterit intelligi.

Vt vides accidere ſæpius, ex elemento mineram tempore quodam produci, quod eo loco minime fuerat auditum antea: hac ratione pariter origines morborum intelligito: nam prout illæ ſeſe patefaciunt, & morbi ſequentes prorumpunt. Quapropter originem ad hunc modum expromito, quum inueſtigare poteris, vt quum ſeparatio metallorum ſuos flores emittere cupit, etiam ſcire poteris, quum ſimilia prodeunt vlcera. Non alias enim atque ſe palam faciunt illa, per ſeparationem, & morbi ſeſe pariter manifeſtant. Quæ quidem ſeparatio niſi fieret, nulla neque bona, neque mala metalla prodirent in lucem. Sic etiam in corpore niſi fieret ſeparatio, nulla ſanitas, neque morbus vllus accideret. Cum igitur in ſeparationem ordinata ſunt omnia, primum hoc fundamentum eſt, vt ſeparatio cognoſcatur a medico. Qua ratione homo ſit elementum, & quatuor elementorum in ſe conditionem habeat, intelligendum, non iuxta complexiones, quæ quidem elementum nullum efficiunt: at inde quæ naſcuntur mineralia, præbent elementum. Sic & homo etiam elementum exiſtit, ac ſua ſanitas & infirmitas mineralia ſunt: item corpus ex quo productio fit, eſt Matrix, & ſemen iſtius eſt id, ex quo procedunt omnia mineralia. Hoc de ſemine licet hic taceam, quod philoſophicum potius quam medicum exiſtat. Quanquam Ariſtotelica lyra, tum artiſtarum fiſtulæ viles, iſta minime canant, propterea non eſt quo moueatur medicus: nam ipſa natura demonſtrat, vbi ſemen hoc lateat: quid ſit Matrix, & quid poſtmodum ex iſtis duobus enaſcatur. *Morborũ origo qualiſ.* *Separatio a medico cognoſcẽda.*

In cuius ſiquidem diſtinctionis declarationem, exemplum hoc ponemus. Elementum Aquæ ſuum in aqua corpus habet, ac ſua mineralia producit in aliud elemen

tum,id est,in terram. Similiter elementum Terræ producit mineralia sua in aliud elementum, videlicet in aerem. Non alias elementum corporale sua mineralia producit in elementum aliud, sicut quod ex elemento aquæ prouenit, ex sistit in physico elemento corporeo: tum quod ex eo latius nascitur, in lucem erumpit. Cum igitur vlcera sint mineralia, hoc ad exemplum referuntur. Terra corpus est mineralium: accidit vt vno loco reperiantur aluminosa, vitriolata quidem in alio, salia similiter in tertio, quarto vero nihil, &c. sic etiam in corpore. Sunt homines omnes corpus morborum vnum, & inter nos omnes genus omne mineralium diuisum est, æqua repartitione. Inde sequitur in vno solum homine minime, sed repartitum, vt quotquot homines exsistunt, partitiones totidem sint, & iuxta venas & meatus eiusmodi hominem concernentes, sanitas eius aut infirmitas erit. Ad hæc, e libro de generationibus rerum naturalium instrueris latius.

Vlcera sunt mineralia.

DE CVIUSVIS VLCERIS ORIGINE *peculiari.*

CAPVT II.

Vlcerarũ sunt apostemata.

SCribendi fuit penes Antiquos hic vsus, vt vlcera pro maiori parte vocauerint *Apostemata*: sed errore factum, & intellectus sui defectu. Quare non est quod quispiam curet, si quando vocem in posterum Apostema quodpiam vlcusculus rei caussa declarabitur, vbi de apostematibus agetur. Apud veteres etiam nonnulla *foramina* dicta sunt, quæ quidem ego vocaui *Syrones*. Multa *nodes* vocaui *damna*, quæ veteres apostemata scripserunt & vlcera fore, non ex eo fundamento, sed ex abusu potius. Licet in posterum etiam antiquorum ego nominibus vna cum meis vtar, caussam hanc esse putes, quia vetera vobis aut aliis nomina sunt notiora. Non quod ea defendere velim, aut eorum significata curem, vel declarationes, quas vna cum textu prorsum reiicio. Quæ Latina sunt nomina, & a Latinis deprompta, illa manét: in his origo morbi fere semper includitur, aut ex cura, vel a similitudine quadam, vel accidentali morbo suo deducta. Apud veteres tamen nomina cum suis morbis valde parum conueniunt, quo fit etiam, vt hactenus plus errorum inde quam boni surrexerit.

Nomina vlcerũ varia.

Nomina morbiorũ conuenire debent.

DE NOLI ME TANGERE, VEL ALIAS LENtigine praua, vel ferrugine.

CAPVT III.

Lentigo prava locus.

PRimum est, quod in hoc morbo notes, alibi quam in facie non produci, quia ferrugo est ex sale Calcbino, quæ prorumpit per vel trans cutem, & postmodum introrsum rodit ex martiali natura carnem ferream, e septem vnam vsque ad radicem alterius carnis. Ad hæc tibi summe foret vtile, genera carniũ iuxta metalla, Kakimias, margazitas, vitriolata, &c. cognoscere, quibus inest, locumque proprium habet omne, quod hunc inficit, eique nocet.

Vlceris huius productionis tale signum habetur. Locus Martialis ad cutem sal suum expellit, crustas & scissuras, vna cum bullis & pustulis producit. Statim atque hoc apparet, adest salis istius copia, quæ violenter, & ita prorumpit in corrosiuam naturam, vt huiusmodi crustras abedat, sub naso fodiat, post ad maxillas, super & subtus labia, nasi cartilagines, maxillas, in palatum vsque, distenditur in latum, ad aures, oculos, & frontem. Et nisi remedium adhibeatur, sumit incrementum, ac ad oris interiora ten-

Lentiginis productio qualis.

ra tendit sa corrodens, vt fame pereundum sit. Ad cerebrum vergit intrinsecus, capitis ossa rodit, ac piam cerebri matrem, subitaneamque post mortem infert. Item oculos & auriculas foraminibus circum excauat, & euellit. *Eius vehementia.*

Quod iam de lentigine praua dictum est, alia pariter similium vlcerum genera faciunt aliis locis corporis: at alia via demonstrationeque, modo formaque tamen similibus. Origo materiaque morbos huiusmodi producens, in Anatomia similis exsistit sali vitrioli colcotharino, iuxta Martis conditionem. Quapropter notandum atq; sciendum, statim atque sal istud colcotharinum, alias quam ipsius Martis regiones arripit, signum adesse mortis. *Origo & materia.* *Signa mortis.*

DE CANCRO.

Capvt IV.

PRout colcotharis est conditio circum se rodere, ac abedere, quum ab eo separatum fuerit, a quo temperatur, ac tum pro situ suo corporis aliqua parte suam tyrannidem exercere: non secus colcotharinum sal acutum est materia producens cancrum, sub hac differentia videlicet, viris ex hæmorrhoidalibus fluxionibus: fœminis autem ex menstrualibus. Ex his colliges cancri situs & loca non alibi fore posse, quam vbi fluxus eiusmodi sibi centrum faciunt. Nec alio sese loco ponere possunt, quam ex hæmorrhoidibus inter scapulas, & ex menstrualibus ad pectus. *Cancri materia quæ.* *Locus.*

Quum eiusmodi cancer exoriri cœperit, eius notanda signa veniunt. Primo sal colcotharinum separatur, & mirum in modum prorumpit in lucem, vt quandoque in verrucæ duræ similitudinem, aliquando crustarum instar: quocunque modo sit, vbi fuerit apertum: si verruca dura sit, sal corrosiuum hoc exedit carnem, & fœtore quod reliquum est, replet: si crustæ, has abedit etiam, & foramen apertum efficit, in latura protenditur, & ex corrosiuorum conditione, circum se rodit omnia cum calore maximo: ex quo rubedo prope vulnus oritur, temporis longo successu tamen summum dolorem adfert, gelu, caloremque, sali colcotharino præter situm assimulatur in lentigine praua suas operationes tyrannicas exercenti. Sub terminum sal colcotharinum hoc in regiones cordis penetrat, non alias quam lentigo praua cerebrum inuadit, & vt ista mortem inducit. *Signa.*

Notandum etiam, fluxus menstruales acutissima salia continere. Quare si corrosiui salis in matrice fieret huiusmodi separatio, vt a menstruo seiungeretur: cancrũ, vt supra dictum, & prauam lentiginem ibidem oriri posse, dubitandum non est, summo cum periculo, quod vix aut parum cognosci valeat. Est etiam in huiusmodi sale, realgaris quidam concursus, qui quidem in sale Calebino minime fit: quo lentigine praua cancer iste periculosior est eo loco iudicandus. *Menstrui sal acutissimum.*

DE GANGRÆNA.

Capvt V.

PAri modo quum sal vitriolatum acutum separatur ad alium corporis locum, quam supradictum est, vt ad pedes, brachia, vel alias partes. Alia ratione duobus prænarratis vlceribus comparandum venit, excepto solo, quod huic alumen plumosum admixtum sit. Eius in carne materia sita est, & liquor exsistit illius, in quo est, ac mercurialis morbus. Et quamuis alios etiam locos arripiat, eius occasio salia vitriolata sunt, quæ totum perfundunt corpus. *Gangrena materia, & locus.*

Quum in aliquo membro separatio contingit, vt sal vitriolatum cum alumine plu-

moso, inciperet carnem & cutem corrodere, primo rubedo quædam oritur, & aliquando calli duri glandium instar apparent, in carnosis partibus, at super ossa rubedo maior: & non alias quam cancer & lentigo praua primum incipiunt circum se rodere: sic istud etiam, peculiaribus cum doloribus, vstionibus & punctionibus, ob salis plumosi concurrentiam. Item prout est corrosiui conditio, quæ de salibus acutis prouenit, circum se rodit in altum, ac inter cutem & carnes, cauitates facit: vbi cum se receperit, humiditate sua perquam acuta, quoduis excauat, ossaque prorsum exedit, vt eis colorem adimat, & neruos contractos reddit: infra membrum tumores excitat, sensum tactus adimit, mirum in modum exulcerat, postremo totius in corporis virulentiam infectionem terminatur.

Vlcere similia sub eadē cura. Sunt & alia salia, quæ solum in latum circum se rodunt, & locum sui centri positionisque retinent: quibus quum aliud sal admiscetur, siue ex aluminibus, realgaribus, nitris, &c. iuxta mixturam hanc dolores maiores concipiunt, & ab eiusmodi proprietate rubedinem, corrosionem, & tumorum conditionem. Quapropter notandum, vlcera quotquot similia sunt, & in corpore hunc admodum apparent, siue lentigines prauæ, siue canceri, vel gangrenæ fuerint, vna sub cura tria comprehendi posse cum illis, quæ sibi similia sunt apparentibus signis. Poteris etiam tribus vnicum assignare nomen, aut vnumquodque per se relinquere. Non est inter hæc alia differentia, locorum, & liquoris ex quo profluunt. *Vlcera ex vitriolatis.* Hoc etiam conclusum volo: qualecunque fuerit vlcus in corpore, superius aut inferius, originem hac via ducere suam, ex vitriolatis, vna cum salium speciebus admixtis.

Quinam possent ex quatuor humoribus ista procedere? quæ si procedere dicantur ex eis, quare Melancholicus humor aut Cholericus, &c. iuxta situm loci corrodit, & non alibi? *Vlcera nō ex humoribus prouenire.* Vnde conditionem istam accipiunt in latum? & excepto solum eo loco, in quo pauciores habentur humores, operantur? Si dixeris eo meatu acquirere, purgarique prauum quod existit. Dic igitur quando fluere cesset? aut instrue me, num bonum vna cum prauo non effluat? Si de morborum locis loqui voletis, & origines eorum vere demonstrare, quare hoc vel alio loco simile, vel aliud vlcus existat, cur istud ab alio sic differat, ista sine Anatomia elementa probare minime potestis: nam corporis oportet regiones vobis vt proponatis. Et quum eas repartiemini, reperietis, qui mineralia suam originem ducunt, & quid ex eis procedere locis valeat: modo cognoueritis, quæ nam salia corrosiua quiuis producere loci queant. Nam prout exempla superius data docent, videlicet regionem vnam alia continere mineralia, quam altera, iuxta Solis differentiā in earum productis: hoc ipsum etiā in corpore non alias reperitur. Item postquam salium naturam omnium probe cognoueritis, & quæ sit eorum operatio: tantundem in Microcosmo similiter inuenietis. Quid vos ergo dicere mouit, vlcerum formas tam varias ex quatuor humoribus procedere, quos tribuitis naturæ? *Vlcera nō sunt emunctoria.* Est etiam quod sciatis, vlcera non fore emunctoria, nec meatus per quos aliquid repurgari debeat, vel etiam repurgetur: sed non alias intelligenda veniunt, quam vbi foramen tuis corrodentibus, vel trappanantibus sanum in os inducis: quam diu rodens in foramine fuerit, nulla sanatio potest adesse: talis est salis corrosio suis locis, & in propria sua natura semper, donec adfuerit.

Vlcera aluminosa. Iam de aluminosis vlceribus dicendum, quorum conditio solum est in profundum exedere. Hæc suam ducunt originem ex aluminum generibus, & quot alumina, tot etiam eorum sunt vlcera. Quum a suo corpore sal hoc separatur quod sibi datum erat, & illud amittit, mox inde suum in corrosiuum transit, carnesque (prout omnis corrosiui

fiui salis est conditio) rodens exedit. Separationem hanc ad hunc modum intelliges. Nihil tam execrabile vides, quod non etiam aliquid boni contineat, exemplum ab aranea, quæ summum venenum est, e contra summum arcanum in febribus chronicis. Item vinum creticum, optimum, & supremum vinum, e contra tamen in se maxime præ ceteris corrosiuum acetum habet, quod merum est alumen. Vt ex ordine cõstat naturæ, bonum & malum semper vnum arcanum efficiunt, & venenum æque ac balsamum, acidum æque ac dulce fore debent in corpore: nam in isto colores & sapores omnes existunt, ac similia quæque. Prout in Saturno tres colores videtis latere, scilicet, rubeum, flauum, & album: tamen in seipso nõ est color aliquis horum, in ipso nihilominus existunt. In ferro similiter colores, puniceus, rubeus, & niger latent. ferrum in seipso non est colorum istorum etiam aliquis. Ab hoc exemplo iam intelligite, non alias ac per separationem huiusmodi colores manifestantur, salia pariter in separatione cognoscũtur. Et prout Saturni rubeus color tingit in rubedinem, flauus eius in flauedinem separationum viribus, sic etiam alumen, & sal in vlceribus. Quod si mirari te contingat, quinam alumen aut sal, &c. sic in corporibus existere posset: considera, quinam acetum sit in vino, vt minime percipiatur. Latius in cupro latet vitriolum, & ipsummet cuprum est vitriolum, & in separatione tale nec non idem fit. Nota super his in forma separationem existere, fierique, non in specie. Vna separatio cupri transit in sal Veneris, quod longe corrosiuius est vitriolo, fitque separatione formæ, non speciei. Per formæ separationem concludentes ista relinquemus.

Aranea summum arcanũ in febribus.

Vinũ creticũ corrosiuum.

Saturni tres colores.

Vlterius quum simile quid per separationem oritur, iuxta separationem est corrosiuum: alius dolor existit, & foramen aliud. Differentiam inter alumen & æris viride conspice, crudum & adustum, inter quam dissimilium conditionum existant: sic & foraminum aut vlcerum est conditio (tamen in profundum tendunt omnia) tum eorum malitia, hoc est, quum peiora sunt, quam salium sit conditio, considerandum est, id a concurrentibus mixtionibus fieri, quæ magnitudinis multitudinisque sunt vlcerum vel foraminum caussæ. Sic Lupus, Erysipela, profunda Esthiomena, Fistulæ, Scrupulæ, nec non id genus similia nascuntur, quibus veteres admiranda nomina dedere multa, quod quidem valde minori poterat exequi.

Alumen & æs viride quid differant.

Lupi talis est origo. Si corporis aliquo loco fieret separatio, præsertim carnosis in partibus, quod istæ sint eiusmodi foraminibus obnoxiæ (nam super tibias, vel in siccis locis corrosiua non ita possunt ac in aliis operari) lupusque foret: hunc aliud nil existere scito, quam sal Mercuriale, hoc est, Alumen: ex Mercurio namque sal hoc procedit aluminosum, quod pari modo, quo vitriolum a corpore salis, a Mercurio separatur, nec non alumina quæque. Inde sequitur hunc sui centri locum esse, quo generatur, & manifestum se facit: quamuis hepati perperam ascribitur, quod morbus attestatur per seipsum. Huic si quid ex aliis membris afflueret, aliud nihil quam separationis resolutio eiusdem salis, & ex in externis partibus corporis. Aluminis igitur conditio est, vt quum separatur, suam in carne petulantiam exerceat, hanc putrefaciat & exedat, aliis proprietatibus quam de præcedentibus dixerim. Qua de caussa quum in vlcus hoc impositа fuerit alia caro, peropetimeque ligata, miscetur alumen istud alienæ carni, quam etiam edit, viua tantisper in sua quiete relicta. Permanentis etiam & fixæ conditionis est, circumferentiam suam indurat, ac si muniret aggeribus, ne quid alienum subintret, præter suum resolutum, quod vrit absque requie: durat annos circiter quinquaginta, suo loco manet, circum se latius non rodit, quam regia suo continet. Si morbus acutus, vt Antrax vel carbunculus accesserit, tum primum suam

Lupi origo.

Materia.

Materia.

DE CONDITIONIBVS, ESSENTIIS, ET *proprietatibus vlcerum.*

CAPVT VI.

SCiendum etiam de coloribus, qui videntur vlceribus accidere, solum ex salibus, e quibus oriuntur omnes, procedere pariter & formas. Vbicunque sal non fuerit, ibidem & color nullus, & in extractione proprietatum salis, colores fiunt manifesti: sic etiam ex forma varia curantur, idque iuxta species. Crystallum in angulos cudit aliud nihil, quam sui salis proprietas: quod citrinus lapis aliam formam habeat, alterius est sui salis caussa: sal aliud in Saphyro, quam in Granato: similer aluminis est alia forma, quam in vitriolo. Salis communis formæ variæ sunt, vna quidem aquea, cotis instar alia, granulata quædam, &c. Sic & vlcera corporis apparent, longum vnum, latum aliud, angulare hoc, rotundum illud, quod salium suorum, vt cuiusque quæque proprietas, efficit. *Vlcerum colores.* *Forma.*

Quales in quatuor elementis formæ producuntur, vt arbor nulla sit alteri similis, herbæ semina quoque similiter: hoc in elemento terræ. In elemento aquæ lapis nullus alteri similis etiam existit: quæque proprietas manet in seipsa, prout suum sal ordinat: sic etiam in homine proprietas.

Libenter autem a medicinæ Sophisticis audirem, vbi colorum origines forent, ac formarum. An in Melancholia, vel phlegmate respondeant: hoc mihi demonstrent in metallorum, lapidum, & arborum generationibus. Nam vnum & idem est, quod formam dat hominibus, & quod elementis. Vnde prodeunt hic humores? vnde suam originem ducunt? potestis ipsi vos considerare, corpus internum, externo corpori nullum chirurgiæ morbum introducere posse: nam hoc loco separantur ambæ medicinæ, videlicet interni corporis, & externi. Si forte putatis vni foramini quemcunque clauum adaptare, latius in mea Physica librorum paragraphorum documentum accipere poteritis, quam hoc loco, qui chirurgiæ tantum exsistit. *Colorum ac formarum quæ sint origines.*

His paucis origines, materias, & caussas ex quibus vlcera quæuis oriuntur, abunde satis a me declarata fore volo. Quanquam vlcera plurima, variæque formæ possunt ex salium diuersis conditionibus oriri: cum tamen cura eorum minime requiret, manere volumus. Summa cura fuerit in istis necessitas, id a fundamento probe curam intelligere.

DE CVRIS ET SANATIONIBVS PA- *tentium vlcerum.*

CAPVT VII.

CVra sanatioque patentium vlcerum in Balsamo solum consistit, quod eo corporis loco simile Balsamum deficiat. Verbi gratia: Corpus in se Balsamum continet, quod a putrefactione conseruat quicquid in illo continetur, vbi tamen eorum aliquid a corpore separatum fuerit, huic balsamo non subest amplius. Inde sequitur medicamentum in corporis natura latius esse quærendum. *Balsami cura vlcerum.*

Balsamum quo sanari debent vlcera, consistit in exterioribus elementis & [illegible], quod alia genera defendit a putrefactione. Merito dici potest igitur, quod sit [illegible] corporis exterioris elementorum, hoc est, fructuum eorundem. Quam[illegible] iam Mumia sit, cum tamen ab vno in aliud corpus applicatur, Balsamum est. [illegible] quod ex vno corpore transfertur in aliud, vel permutatur, est Mumia transl[illegible]ta-

Mumia quid. ta sub nomine Balsami comprehensa. Vt sciatur tamen, vbi lateat Balsamum, in vnoquoque naturaliter composito fore minime dubitandum est.

Balsami extractio. Huius extractio Balsami fit in separatione, sic, vt hoc ipsum, quod sustentatur a Balsamo, sumatur. Iam ad hæc animaduerte, Balsamum existere, præter liquorem Mercurialem. Vnde sequitur in Mercurio sanationem omnem contineri. Similis & potentissimus in Thereniabin, & Nostoch, item in aquæ mineralibus, terræq; fructibus Mercurius habetur. *Antimonius præstātia.* Ex eo colligi potest, Antimonium excellentissimum vlcerum exhibere medicamentum, cum huiusmodi liquoris Mercurii plus in se continet, quam aliæ quæuis Margazitæ, Kakimiæ, & cetera similia. Solum ex eo curam & sanationem suam recipit aurum, quod supremum arcanum & remedium habeat. Subtilior enim liquor Mercurialis inter ea, quæ per elementum aquæ producuntur, minime reperiri potest. Similiter eorum, quæ terra profert, nullum excellentius arcanum sanationis habet, quam liquor Mercurialis ex Realgare Cheiri. Sic de ceteris.

Mercurialis liquoris cognitio. Ad vniuscuiusque liquoris Mercurialis cognitionem, animaduerte, quum in huiusmodi liquorem metalla transmutantur, vt pro parte crocus Martis exstat, ex alia flos Veneris, & pro sua parte spiritus Iouis: non tamen eo prorsum adductus: quum separatio vera facta fuerit, iuxta sui recepti, vel processus potius tenorem vnusquisq; liquor Mercurialis huiusmodi potentissime curat vlcera.

Balsama plurima ad vlcera. Plurima describuntur ad vlcera balsama, iuxta m[illegible]n[illegible]ralia quatuor elementorum, in emplastrorum formam aliqua, nonnulla pulucrum, [illegible] m, oleorum, & [illegible] quocunque modo fiant, eiusdem curæ sanationisque balsam[illegible] sunt. Quamuis apud veteres varia sunt recepta, nec non ordinationes cum regiminib[illegible] q[illegible] a h[illegible] c adducere minime volo, cum naturæ prorsus contraria sint in vlcerum c[illegible] [illegible] hoc tam in[illegible]pte posita sunt, administrataque, tum præter necessitatem omnem re[illegible] s c[illegible]usa, naturæ potius inimicis quam acceptis, minime considerata necessi[illegible] [illegible] ve[illegible]a, quæ penes antiquos scripta reperiuntur, quibus quidem seipsos, [illegible] miscre sedunxerunt, ac ægros perdiderunt.

Balsami natura. Quapropter latius de Balsami curis & natura notandum, hoc ipsum fore, quod separatum adimit, & abstergit, corpusque restituit in huiusmodi naturam & conditionem, vt proprium eius balsamum rursus in pristinum locum antea corruptum redeat.

Balsamū ex auro. Primo quod ad Balsamum attinet ex auro productum, ad hunc modum elicitur, vt aurum hoc absque spiritu salis omni, tum realgare vel similibus, i[illegible] puluerē, oleum, aquam, aut huius generis tale quid adducatur: quod nedum in auro, verum etiam in quouis ei simili corpore per transmutationem fieri debet. Nam absque simili transmutatione, minera nulla suas operationes adimplere potest, vt in se continet ac habet a natura, licet aliquam similitudinem exhibeat, ex fundamento vero non procedit. Eius extractionis processus est, vt aurum per Thereniabin crudum in succum reducatur absque destillatione quauis. Nam per destillationem sal exaltatur, quod in hoc auro nullo modo prædominari debet: nec alia via quacunque reducendum est in
Receptū. puluerem Receptum eius hoc esto, quod sequitur.

℞ *Auri laminati drachmam, Olei de pino drachmas quatuor.* Pone simul in digestionem septimanis quatuor: postmodum oleum ablue, manebit in fundo puluis. Hunc vna cum Thereniabin crudo poteris administrare. Vel alio modo sic facito.

℞ *foliorum auri drachmam, Olei Masticis drachmas sex.* Digerantur per mensem. Postea separabis ab oleo, sicut prius, & affundes alchol vini, digeri permittes octo diebus

bus, postmodum abstrahatur e balneo Mariæ. Hoc oleo quidem vtere. Si dicant alii medici, hoc medicamentū nimis fore pretiosum, aut subtilius æquo, loquetur eorum inscitia. Nā cuius, minusque medico decipere volenti, vel ægris imponere, satisfacere poterit. Qui sanare vero cupit, morbos quoque rite pellendi suscipit onus, tantum accipiet pro suo medicamento, quod compensare sumtus valeat. *Oleum.*

Ex ferro similiter habetur balsamum ad hunc modum, scilicet, vt cum aceto destillato reuerberetur in crocum, a quo postmodum octies aut nouies eleuetur sal armoniacum, & inde post in oleum redigatur optime dulcificatum. Horum vsus, auri videlicet ac ferri sit, vt illud qualibet septimana ter vlceribus patentibus imponatur, ferrum vero singulis duodenis horis semel. *Balsamū ex ferro.*

Pariter in cupro simile Balsamum existit, quum in vitriolum rursus conuertitur, & hoc in aquam, eiusque postea colcothar in rubeum oleum: quæ quidem ambo valent ad omnia vulneraria vlcera, sicut cancer, lupus, fistula, vel similia corrodentia quæque foramina fuerint. *Balsamū e cupro.*

Etiam ex plumbo poterit haberi spiritus iste, si per acetum destillatum ex cineribus eius extrahatur. Quæ dulcedo postquam in oleum venerit, nedum vlcerum patentium, verum etiam apostematum & vulnerum admirandum est remedium. *Balsamū e plumbo.*

Similiter ex Argento viuo, quum in oleum conuertitur, auri balsamo comparandum venit: & vbi congelatum postmodum fuerit a colcothare, postea cum aqua Parthenionis ad ministratum, omnia quotquot sunt excellit balsama. Et in crocum versum, aut præparatum in florem, vlceribus eiusmodi summā curam exhibet. Si medici, qui medicam hactenus exercuerunt artem, tales forent, quales fore præ se ferunt, metallorumque proprietates cognoscerent, in fabrorum officinis metallariis meliorem fore medicinam, quam in pharmacopoliis Francofurdianis perciperent. At ipsi credunt, quo longinquius habent negotium, eo sapientiores sub rubeo pileo stultum existimari. *Balsamū ex argēto viuo.*

Præstantissimum etiam ad vlcera patentia remedium adferunt ipsa realgarlda, prædictis non immerito comparandum. Arsenicum enim quodcunque patens vlcus, cuiusuis etiam cōditionis fuerit, validissime sanandi sufficientes vires habet, hoc suo processu tamen, vt sibi venenum quod habet, auferatur ad hunc modum. Fixandum est per sal vrinæ, demum in oleum per seipsum conuertitur, quoduis vlcus patens persanandi potentissimum. *Realgarida rū prastantia ad vlcera. Arsenicū.*

Hac via cum Antimonio feceris idem, vbi hoc in pultes aqua vitrioli decoxeris, & postmodum ab eo sal armoniacum eleuaueris, colato, & inuenies rubeum obscurum colore, liquorem & spissum, earundem, vt ante dictum virium. *Antimonium.*

Nec est quod mireris, vlcera curari sanarique simplicibus huiusmodi, quod natura per seipsam has virtutes composuerit, ac dederit mineralibus, vt auro circiter sexaginta, cupro viginti, realgari triginta, &c. Quapropter ego merito recepta prorsus inualida reiicio, quæ posuere medici nullius artis aut peritiæ. Hi conati sunt suis compositionibus integram reddere naturam, interim non considerarunt istam per seipsam esse compositricem, nec sciuerunt locum in quo pharmacopola naturæ moratur, imo naturam contemserunt, & istius medicamentis meliora se putarunt æneis capsulis includere posse, quam arcana sint naturalia. *Medic. reprehensio.*

Salium etiam vires ad vlcera patentia maximæ virtutis existunt, quum alumina suis priuantur corrosiuis, absque stipticæ suæ conditionis corruptione, sic, vt ab alumine liquor sumatur, non tamen a calcinatione. Contra capiatur a vitriolo suum oleum, & *Saliū vires ad vlcera.*

liquor nullus: a sale color puniceus, alio semoto. Quis præparationis eorum sit processus, optime satisque notum. Vsus tamen, vt cum eis pro. edatur, est vt ipsæ thermæ continent. Quandoquidem ex salibus omnia balnea procedunt. Horum etiam virtutibus aqua frigida calescit in balnea, quæ patentia quæuis vlcera curare, sanareque possunt.

Balnea animalia ex salibus.

Quæ supra posita sunt, elementum concernunt aquæ: iam latius quinam elementi Balsama terræ veniant in vsum ad sanationem vlcerum audite. Primo notandum est Mumiam terræ balsamum exhibere, quum ad eundem salis vrinæ modum in alcali reducitur. Postmodum omne quod ex terra nascitur, Mumiam latius præbet. Gradus eius melior omnino redditur, vbi simul ista fuerint in mixtione adducta, de qua postmodum extracta Mumia fit.

Balsama terræ.

At vera balsama quæ latent in arboribus, & pro parte sese patefaciunt, prout gummi non sunt, hoc loco pro balsamis habenda. Sed quod Botin & Iuniperus exhibet, partim in vlceribus aliquid potest, in vno quam in alio magis tamen: aliquando frondes, alias fructus excellunt alia. Cum tamen in particularem vsum adduci debeant, eorum hic ego præparationis meminisse nolo: quod vlcerum curationis & sanationis in eo fundamentum consistat, vt generale balsamum fiat, quod omnia curet. Non est vtique cætera quæuis inter producta naturaliter, arbores aut herbas, aliquod Parthenioni simile, quum liquores eius in modum extrahuntur, vt sua virtus Mercurialis maneat, cum administratione sui vera: hac via potens euadit chirurgus in fistulas, vlcera corrodentia, cancrum, ferruginem, &c. quocunq; modo vel forma fuerint. Et non alias ac moscus aromatum odores excellit omnes, Parthenion virtutes omnium vegetabilium, arborum, herbarum, &c. quæ terra producit. His ego Balsamis terræ Mumiæ, compositionis eiusdem & Parthenionis, omnium terrestrorum balsamorum vires conclusisse volo.

Balsama arborum.

Pari modo quod elementum aeris in suo Thereniabin exhibet, liquosa Thereniabin existit, supremi balsami. Sed pro tenore suæ conditionis, & elementi proprietate, separari debet a sua humiditate, per additionem Parthenionis: non alias & Nostoch. Cum tamen ista non sint in vsu, repertu satis difficilia. Quapropter in præcedentibus curas admodum potentes posui.

Balsama aeris.

Tandem vt ad vsus ordinem deueniamus, & vnicuiq; morbo suum peculiare medicamentum assignemus, vt vtriusque species Anatomiæ demonstrant prout in praua tentigine, excepta practica tamen antea data, curam eius accipe, notaque diligenter. Principio mortifica materiam, postea mundifica, deinceps cura sanaque Mortificationem etiam notato fieri debere per dulcia realgaria, quæ nullam acuitat m vel asperitatem habeant: nam istis fieri non potest, vt recte cura sui cedat, quantum ipse morbus expetit: similiter in aliis vlceribus. Mundificatio fieri debet sub [illegible] ratiuo, sic vt ligatione quauis eius materia sumatur, quantum hic vice doc[illegible]. Cura talis erit, vt maturum efficiat vlcus, atira hac immunditiam, vtque [illegible] sanare valeat: quod nisi fiat, nulla sanitas venit exspectanda. Mortificatio necessaria est ad morbi tollendam vitam. Mundificatio quidem, vt successu temporis, quod mortificatum est, auferat: cura vero facit in defensionem.

Balsami vsus.

Mortificatio.

Mundificatio.

In praua tentigine, noli me tangere, vel ferrugine talia recepta sunt.

℞. *Realgaris sublimati* ℥ j. coquatur in aceto duabus horis, & quum extra c tum [illegible]

fuerit, adde huic *olei Maiorane* ℥ iij. simul commisceto. Hoc vnguento ligabis vlcus ad extensionem sui, quam tenuissime potest, & repetitis vicibus extrinsecus inunges oleo, ne siccetur. Maneat ita diebus duobus cum suis noctibus. Tandem incipiet saniem & aquam emittere, quo signo percepto, hoc emplastrum superponito, maneatque tantisper, donec nulla sanies effluat amplius, aut alia fluxio. *Noli me tangere.*

Mundificatio.

℞ *picis naualis vnam libram, Visci pini & abietis ana lib. ß. Visci locustarum e larice. lib. ß. Picis larigne* ℥ iij. liquefiant omnia simul cum sui omniũ ceræ medietate, ac olei quantum satis fore videbitur, vt formam acquirat emplastri. Quod istud non extraxerit, alia quæque nequibunt. His peractis curam aggredere.

℞ *Cere, Picis communis, ana lib ß. Aristolochia rotunde* ℥ iij. *Mumie* ℥ ij. *Antimonii triti* ℥ iij. ß. Fiat emplastrum, & eo mane vesperique ligabis, iuxta consuetudinem.

Aliud emplastrum.

℞. *resine abietis lib. ß. Visci consolide* ℥ iij. *Succi chelidonie quantum sufficit*, inde fiat emplastrum. Notato, maximam huius artem & curam in vnguento primo sitam, & in altero scilicet emplastro fluxus extractionis.

In Erysipela cura communis esto hæc.

Primo cape *glutinis aquatici* ℥ iij. *destilletur in aquam*, cui fimum iniice mineralium, & fiat decoctio per horam, donec in pultes vtcumque spissas euadant, quibus adde *camphura* ℥ j. ß. fiat vnguẽtum, quo tibias ligato singulis ternis diebus semel, tribus septimanis continuis. Postmodum vlcus hoc ablue foliorum quercus aqua mundum seruando, vel aqua salsa: sic fiet vt æque sanetur, ac si medicamentum superpositum foret. Nam conditio talis est huius medicamenti, vt septimanis tribus postmodum operetur. *Erysipelas.*

Ad Cancrum.

Postquam gluten aquaticum in aquam reduxeris, huic tantundem adde colcotharis, & ad istorum singula pondo libramve, floris æris ℥ j. ß. adde: simul commisce, primoque super vlcus pone, putrefietque, super illud permitte, quod plerunque fieri die quarto solet. Postmodum emplastrum appone mundificatiuum, quod in tentigine praua descriptum est. Et vbi totam immunditiem extraxerit, puluerem hunc superspergе. Recipe pulueris ex succo *chelidonia, Parthenionis, Centaurea ana* ℥ ß. *Mumia* ℥ j. sub istis pulueribus mane vesperique ligatum vlcus hoc optime persanatur. *Cancer.*

Ad Lupum.

℞. *Realgaris crystallini* ℥ j. *Olei ardentis* ℥ ij. *Cerussa drachmas duas*: fiat vnguentum, quod circum lupum apponatur, vt vlcus non intret. Ligationes innoua singulis duodenis horis semel in sextum aut septimum diem. Postmodum aufer hanc ligationem postremam, & abstine tandem ab ea, tantisperque relinquatur vlcus, donec locus ille circumseptus abeat & per se. Quo facto, lauetur mane vesperique hac aqua, sequentique ligetur sub emplastro, iuxta communem vsum. Recipe *aqua glutinis, Rosarum ana* ℥ vj. *Parthenionis* ℥ v. *Lupus.*

Aliud Emplastrum.

℞. *Olei lini lib.ß. Viridis aeris* ℥ *ij.* Ceræ tantum, vt istius posterioris, coquantur simul in cerotum. Cui gummi Bdelii colati ℥ ij. adde ligaque iuxta morem, ordinis quoque tenorem.

Ad Fistulas.

Fistula. ℞. *aquæ de cornibus cerui lib.j. Centaureæ, Consolidæ aureæ ana* ℥ *iij. Parthenionis* ℥ *iij.ß.* His impone *Reubarbari, Mannæ electæ, Spermatis ceti ana* ℥ *j.* Huius optime commoti singulis vicibus, mane vesperique bibatur cochlear vnum, & mox inde vini cochlearia tria. His potiunculis mundificatur interne fistula, per seque sanatur, absque medicamento latius externeque posito. Si tamen aliquid superponere velis, hoc sit emplastrum.

℞. *de gummis quatuor,* ℥ *ij.Ceræ lib.j.* coquantur simul, & iniice *visci botini* ℥ *iij.* fiat emplastrum.

Ad Gangrænam.

Gangrænа. Eodem vtere medicamento, quoad prauam tentiginem, etiam ad vlcera corrodentia, excepto quod additionem hanc facias, vt curatiuis emplastris ad *lib.j.Scammoneæ* ℥.ß.adiicias, cui peculiaris ad corrodentiam virtus inest vlcerum curam.

Ad vlcera putrida cauernosa.

Vlcera cauernosa. Primo *croci, Hermodactylorum accipe grana vj. Olei nucis grana iiij.* Permisce, ac in quinque partes diuide: quarum vnam singulis noctibus administrabis. Postmodum sequens emplastrum super totum crus pro damni latitudine, vel extensione ligato.

℞. *ceræ abietis albi lib.j.Visci de Botin lib. ij. Resinæ communis lib j.ß.* Liquefiant omnia simul, & eis adde nucum *olei lib.iij. Minii, Lithargyrii, Lapidis calaminaris ana lib.ß.Tutiæ* ℥.j.*Carabis* ℥ *iij.*terenda conterantur, & ex omnibus fiat cerotum. Et post quam satis coctum fuerit, adde *calcis corticum ouorum* ℥ *vij. ß.* & in magdaliones agitato. Huius emplastrum super damnum duobus relinque diebus atque noctibus, & amoto post, recens aliud superponito, repetendo ter processum hunc. Eo crus in fluxionem peruenit, qua tota virulentia repurgatur, tumorque residet, ac sedatur dolor, & hoc deinde curatur vnguento:

℞.*butyri non cocti lib.j.Terebinthinæ lotæ lib.ß.Succi Parthenionis,Chelidoniæ ana* ℥ *iij. Cerusse* ℥ *j.drachmasq. ij.Ceræ,*quantum ad incorporationem satis fuerit.

Ad Scrophulas.

Scrophula. ℞.*vini ardentis* ℥ *v.a colcothare & fimo mineralium sua extrahas alcalia.* Deinceps *eius ardentis vini sume* ℥.ß.*Aquæ rosarum* ℥ *ij.aquæ chelidoniæ* ℥ *ij* Intinge fila, quibus madidis vlcerum foramina mane vesperique repleto, donec sanentur vltra medietatem: postea sub vnguento, quod supra datum est ad vlcera cauernosa ligato. Pari modo si Gangrænæ his innascerétur, amoueri possunt, vel si fœtorem aut vermes conciperent. Item eadem via formicæ curantur, esseræ, circumrodentiaque foramina.

Recepta plurima reperiuntur alia: quid ad rem? cum eis melior chirurgus minime reddatur, nisi tritus & expertus in illis fiat. Recepta iam quæ satis fore possent, scripsi, diligentiá latius adhibeat medicus chirurgusque, vt eorum conditiones & proprieta-

tes

tes intelligant, & cum eis indies progredi valeant. Optimum hoc loco habendum artificium, ea probe tenere ac intelligere, quæ quicunque nouerit, opus non erit isti multos libros voluere. Vnicum siquidem ex æquo notum receptum plus prodest, & maioris est momenti, quam tot ac tam copiosas monasteriorum bibliothecas perlegisse, ac inter millena folia vix medium intellexisse. Alia quæ penes alios Doctores scripta sunt, passimque multorum manibus volutantur, quo magis nota fuerint, eo maiores inde nascantur errores, & ægrorum infinitæ ruinæ. Quapropter notandum ea, quæ natura dedit remedia, solum in longis receptis esse consideranda. *Receptorũ paucitas præstãtior multitudine.*

Sunt & alia medicamenta quædam, quorum hactenus mentionem adhuc nullam feci, chirurgorum excogitata nequitiis, loculis suis quam ægris vtiliora. Nonnulli chirurgiam agunt rubeo sub Henrico (prout vocant) alumine quidem aliqui, vna pars arsenico, plerique sale armoniaco, ex quibus lixiuium parant, panniculos, ac alia potius histrionum opera, quam proborum chirurgorum. Vtentibus corrosiuis vlcera sanare præsumunt, quibus omnino deprauant cum eo damna, quæ tandem occurrunt, amouere nequeunt, nec euitare. Nihil prorsus emplastrorum aut vnguentorum habent, quod bonum in finem tendat. Gloriari iactabundeque seipsos extollere, potissimum eorum est magisterium, imponere, mentirique suum optimum vnguentum. Huiusmodi prauis medicamentis vtuntur medici nequam, & chirurgi plurimi, cum vno loco residentes, tum campiuagi circulatores. At istorum nemo finem perfectum attingit, imo potius eo tempore, quo de fine bono sperandum esset, per idem foramen, quo se vaccæ conferunt ad prata, hoc est, per portam aufugiunt: nedum priuati medici, verum etiam altius intitulati, huiusmodi nequitiis ac imposturis alere se minime verentur. Quanquam eorum id etiam exigit necessitas, cum in libris suis nihil exstiterit veri, tum in suis compositionibus aliud non præter imposturarum in ordinem dispositio quædam: itaque studuerint, vt quantum in dies nouum dolo fraudeque facere possent, quod eorum est fundamentum artis. Talis medicorum fraudulentorum nequitia, confirmata & approbata est ab Ecclesia, si potestatem & authoritatem eis concedat, vt volunt imposturis vti, cum istas Auicenna, Galenus, &c. scripserint, hac de caussa bene se habere debent omnia. *Medicorũ reprehensio.* *Medicorũ reprehensio.*

Hæc non admiror, cum in medicina maior impostura sit, a sanctorum vicariis vsitata, qui quidem vlcera patentia, quæ natura parit ex defectibus, in diui Ioannis pœnitentiam, & in S. Kiriaci vindictam alii, vel in ignem S. Antonii transmutant, & similia: missas legere committendas iniungunt, orationes, & ieiunia, Sancti manum super a fontis aquam olefacere, nec non isti perquam humiliter offerre, perpetuum ei seruitium addicere, polliceri que, singulis annis iuxta facultates portendere manum, in societatem inscribi: Sanctum quotannis inuisere, num adhuc viuat, an celebrari sibi nuptias velit, vxoremque ducere. Similes nequitias tam auide spirituales amplectuntur aliqui, sanctosque fingunt medicos, & pharmacopœos ex aquis sibi faciunt. Cur mihi displiceat, ratio hæc est (vt intelligi facile potest) si medicos eos fore decet, qui talia committunt, boni, veri, probique fiant medici potius, quam his trufis maculatos fore cupiant ac onustos. Quod vero sanctos excusem, & eiusmodi vicarium sanctum appellem: hac de caussa factum, quod aliquando medicinam tantillum norit, vt ex chelidonia cum aqua facere decoctionem, ex quercinis foliis, & similibus aliis (de his plura, quam par sit loqui nolo) per quæ naturæ talia curare foramina & vlcera possibile est ex aliqua parte. Sed vt imposturis suis faciant satis, honorẽ Sanctis attribuunt, ac manus suas lauant, æque ac Pilatus innocẽtes. Interim ego valde maius taceo, quod *Sanctorũ morbi qui.*

reuelatione dignius foret, vtpote multis magicis operationibus eos vti, quibus aliqua sua complent opera. Nisi Theophrastus in eo Xenodochio decubuisset, mentitum esse nebulonibus istis ipsum toties quoties oporteret. Hæc & similia producit hominum auaritia, progressum dat ac defensionem. Item fritellam infernalem ergasuos superiores.

Experimenta quædam ad hæc plurimum vtilia, tum ad præueniendum accidentibus, doloribus, ac deprauationibus vlcerum detegere, docereque volo. Non ea conditione vel opinione tamen, vt perditis medicis, qui fraudibus & imposturis assueti sunt, instructionem ad suis nequitiis faciendum satis, dare cupiam, sed quod ipsos minime celare queam: nam si velim ægris impartiri, cogor & illis exponere. Hoc me contra solatur, nebulonibus id prodesse parum, quo nituntur ad nequitiam vti.

Experimentum ex aloepatico sumitur ad hunc modum.

delectantur in ipsa natura conditiones istius manifestando, quod ipsis etiam permissum est. Nihil enim tam occultum, quod hominibus non releuetur, hoc est, quin per materiam vltimam, initium & occultam essentiam cognoscant. Idipsum efficit occultus ignis in suis effectibus. Et prout videmus accendi sulphur per calcedonium vel silicem, pariter & hic intelligendum, vtpote sal recipere Nephidicos ictus, & accendi, ac in seipso ardere quodam igne prorsus inuisibili. Item, vt Ætna mons lapides in calcem & cineres adurit, & omnino consumit, præter ignem exsistentem in ipsis, at accidente solum: non secus in sale quidam latet ignis, qui sustentatur & nutritur in sulphure. Hic ipsius est, qui corrodit, per occasionem ex accesione salis acceptam, eoque perducitur, vt manifestum fiat: eiusmodi caussa non prouenit ex eo ipso: quid enim contra seipsum esse vellet? Verum, quia nihil tam occultum, quod nobis ob oculos quandoque venire non debeat: inde sequitur, quasdam esse caussas, quæ similia succedunt. Vti firmamentum est caussa lapidum & fulminis, quod syluas atque domos accendit, cuius caussa quidem ignis est: non aliter in hominis corpore tonitru, fulmen, & lapides exsistunt, quæ suo tempore prorumpunt in ignem suum. Itidem in calcedonio videtur, qui super terram ignem exhibet, hic præter ipsum & chalybem cum silice, nec non id genus talia non haberetur. Hoc modo manifesta fiunt omnia. Quisnam homini diceret in silice vel in calybe latere ignem, arte manifestum si non fuisset antea. Sic etiam in homine similis ars habetur, qua talia palam ei fiunt & innotescunt, vna cum suo detegente. Cœlum peste laborare posse, nec non aliis morbis, haud scire possumus, nisi nos hoc eo doceat, quod eiusmodi morbos in mundum inferiorem imprimat. Mirandum, incredibileque nobis esse videtur, ac apud nos impossibile: verum Deo possibilia sunt omnia, qui hoc ipsum etiam facit: aliud in his habere iudicium non possumus, quam in eius potestate cuncta fore. Hæc a nobis dicta putato, quod firmamentum nostrum, & exsistens in nobis, cum pestile.. tiam producit, id per sal efficiat, cui quidem & firmamento nostro pestis inest, vt ea, quæ a supernis influit: verum eius loco præbet *Æstiomenum*, *Herpetem mordacem*, *Ignem Persicum*, &c. Non aliter quam supradictum, de prænarratorum originibus morbum iudicare possumus, penes, quæ relinquendæ sunt. Quis enim demonstrare naturam potest apertius, quam eo, quod in tribus corporibus elementa quatuor occulta sunt, per quæ sumunt occasionem in vltimam sui transire materiam? Non secus atque lignum igne separatur in Sal, Sulphur, & Mercurium. Ad hunc modum Phionitides occasiones & caussas exhibent, vt nihil maneat occultum, sed in lucem prodeant omnia, sic, vt oculariter appareant quæcunque sunt in terris. Sciendum vtrique tum in rebus insensibilibus, quam sensibilibus vnum alteri semper contrarium exsistere, vt canes felibus, gallos basiliscis, sic de ceteris, vti mustelis, leonibus, Tabanis, vel asilis, equis & aliis, quorum vnum semper aliud in corruptionem & mortem persequitur. Phionitides vocantur illa, quæ in corruptionem prosequuntur alia, prout ciconia ranas, falco perdices, &c. Vt ista sibi mutuo contraria sunt, Physica medicum docet in suis subiectis agere. Hic enim, vt piscator fore debet, quo rerum conditiones atque naturas cognoscat, quæ in aquis exsistunt: item vti venator, vt sciat naturas eorum animalium, quæ in terris & in aere sunt, &c. Si quis nouerit, quid Nisus faciat, rapiat, &c. cognoscere pariter in corpore poterit, qui semper vnum concernat aliud: nam, vt falco & perdices se habent ad inuicem, sic etiam in corpore se res gerunt vna contra aliam. Hæc est naturæ lux, de qua nascitur medicus, & non ex seipso, quamuis in seipso maneat.

Sal corporis qui accendatur.

Lapides in homine unde?

Cœl\~u peste laborare.

Pestis a sale producta.

Elementa in tribus substātiis delitescūt.

Contrarium vnum alteri semper.

Phionitides quid.

Physica quid doceat.

Capvt VI.

Salis fontes duo.

SAlis duo fontes habentur, vnus ex venis, id est, in sanguine, alter in liquore, hoc est, in carne. Prout in terra videntur aquæ fontium ex venis eius fluere, & non ex seipsis, at in se pariter, qui per terram in venis eius defluunt? Item quinam ipsa terra sudat, ac in se continet humiditatem præter fontes, cum non omnes aquæ fontes existant, quæ super terram sunt veniuntque? Nam vbicunque se terræ liquor aliquis recipit, & congregatur in torrentem vel stagnum, liquor est eius, & non fons: illi namque liberas habent suas origines ex ramis venarum. Non aliter est intelligendum hominem in se dupliciter continere sal, id est, penes ipsum in duabus columnis existere, videlicet in sanguine, tum in liquore: quorum vterq; peculiare sal habet in operationibus. quod in sanguine est, non repurgatur, at in venis manet: similiter & liquor ipse. Verum occasionibus datis, per suos meatus & emunctoria transeunt eo, vel ad loca, in quibus conueniunt, velut per poros cutis, per meatus renum, prout ipsa confluunt, & simul in mixtionem veniunt omnia.

Sal sanguinis. *Sal liquoris.*

Vrina comparatur Nilo.

Positis itaque duabus istis columnis, adiectus est fluxus quidam assiduus, vt Nilus, qui semper fluit, hic est vrina. Ex istis tribus proueniunt salia, nec non omnes fluentium torrentium apertiones, per suos meatus vi suorum salium transcurrentium, hoc loco latius non declarandorum, quod libro de *Tartaro* satis abunde tractentur. Priora duo salia libri sunt huius argumentum, quod demonstratur, chirurgiam salis in duas diuisam esse vias, videlicet in scabiem, & in vlcera. Scabies procedit ex sale liquoris, quod in spumam transmutatur, aut in locustis exsiccatur, & super cutem non aliter, quam sal super vrticam extrinsecus adhæret. Non secus illud, scabiei nempe, vel prurituum in extremitates erumpit ex liquore varias in cuspides, prout in vrtica videtur. Altera via progreditur ex sanguine sal, & rodit cutem carnē, ac ossa prorsum, vna cum venis, ligamentis, neruis, iuncturis, &c. Salia liquoris in varias species diuiduntur, similiter illa quæ sunt ex sanguine, in diuersa partiuntur vlcerū genera, iuxta cuiusque salis existentiam in ipsa natura, quæ nos per exemplum docet ad hunc modum. Quædam in latitudinem crescunt, vt *fungi*: nonnulla in fistularum formam, vt *sambucus, iuncus*: alia per aggregatam multitudinem, vt *lauendula*. &c. quodque iuxta suam formam: quod quidem sal efficit, cum eius officium sit exhibere formas. Quapropter vlcera nonnulla fistularum instar, & iuncorum enascuntur, vt *fistulæ*: quædam in latitudinem, prout *cancer*: in multitudinem alia, sicut *scrophulæ*, cum similibus: quædam aquosa, prout *fungi*: sicca nonnulla, vt *vsnea super lapides*, sic de ceteris: vti natura nobis extrinsecus terræ sal ob oculos ponit in mineris, in lignis, & aliis crescentibus: pariter in corpore sal per suas operationes, eiusmodi formas etiam exhibet. Inde sequitur simile per simile curari, id est, vlcera similia per similes formas: quod quidem in generibus omnibus vlcerum apparuit euidentissime, videlicet formam similem, simili medicinam semper extinxisse. Pertinent igitur ad medicum Anatomia comparationum rerum per similitudinem. Vlcerum itaque, nec non prurituum varia sunt genera, iuxta salium conditionum diuersitatem: nonnulla dulcia, hoc est, absque dolore, & comparantur sali *cerebri saccari, liquiritiæ*, &c. quædam ardentia, quæ *piperi, Zingiberi, granisq; paradisi* comparantur: alia sunt eschara, sali quidem *arsenici* comparata: comedentia quædam *alcali* sali similia, *vitrioli plumosi*: stiptica nonnulla, quæ comparantur *aluminibus*. Sunt etiam vlcera frigida, *solatrina, nenufarina*, &c. calida vt *anacardina*: sicca, vt *acerina*: humida *barba Iouina*, sic de ceteris, vt supra, sal eorum acceptum,

Chirurgia in duas vias diuisa. *Scabies vnde.* *Sal & liquoris varia species, ut & sanguinis.* *Vlcerum diuersæ formæ vnde.* *Simile per simile curatur.* *Vlcerum varia genera.*

Scabiei plures ſpecies vnde.

ptum,&c. Non aliter de ſcabie & pruritibus dolorem inferentibus,& non, cutis generis plures aliæ ſpecies exiſtunt,vna diſſimilis aliis. Tam ſubtiliter & artificioſe creatus eſt homo per manus Dei,vt ſi nobis ipſe non manifeſtaret, incredibile foret hominem ex eis ita compoſitum eſſe rebus, quas in ipſo philoſophus atque medicus ita microcoſmice detegit per ſpecies omnes. Non poteſt iſta cognoſcere propria phãtaſia de humano corpore, ſi per naturam ſolam, cuius officium eſt eiuſmodi comparationes,formas,atque ſimiles operationes manifeſtandi.

Capvt VII.

Signa vlcerum. *Sal arſenici.* *Sal hirũdinaria.*

DE ſignis etiam eſt quod ſcribamus, quamuis ex rerum naturalium proprietatibus depromenda ſint,vt vlcus omne, quod nigram carnem habet, ac eſcarizat, eſt ex arſenico:hinc fit,vt vlcera cum prædictis,tumorem,calorem,& lipoptychiam inferant, vt eſt arſenici natura. Sal eiuſmodi perſæpe contingit effluere,quandoque non: cum vero fluit,eſt in operatione ſua,prout ſalis fuerit conditio,proprietaſque. Sunt & alia ſalia,quæ tumores concitant, emittunt ſanguinis plurimum,ac vehementer effluunt, quocunque modo hoc faciant, hirundinariæ ſalia ſunt,quæ ſanguinem extrahunt in ſtar ſanguiſugæ. Nonnulla reperiuntur, quæ duntaxat vrunt,& non rodunt,nec tumores adferunt, ac ſi commune ſal vlceribus imponeretur: aliqua tumores excitant rubeos, vt *vitriolata*:pleraque alia tumores albos, vt aluminoſa:quædam vna cum incidentibus circum foraminibus, vt *ſalia gemmea*:nonnulla cum cauteis,vt *alcalia*. Talis eſt natura ſalium vnius,vt ad hunc modum,& alterius manifeſtetur ad alium,iuxta ſuas conditiones, quas hoc loco non recitabo, ſed philoſophiæ potius committam, cuius fundatiſſimam peritiam habere medicum oportet in iſtiuſmodi rerum & morborum cognitionibus. De doloribus dictum ſit hactenus. Prout in ſua natura ſalia ſunt,animalia pariter in ſua reperiuntur, & herbæ quædam,quorum ſalia comparantur illis, vt ſal colcotharinum, cancer, & perſicaria ſalis vnius exiſtunt, vt ſal entali, iuncus,& fiſtula pariter vnum ſunt. Quare ſal colcotharinum operatione ſua cancrum in corpore concitat,itidem efficit perſicaria,nec non canceraquæ. Similiter entali ſal fiſtulam efficit in corpore, quod iuncorum & fiſtuloſorũ ſalis exiſtat. Ex forma namque ſimili cognoſcuntur,vt cum dicitur,hunc aut illum habere lupum,aut eo laborare,fit,quia ſal eiuſmodi eſt vnius,& eiſdem cum vero lupo naturæ. In lupo quidem eſt idem ſal,quod adſcribitur choleræ, vel,vt nonnulli volunt, felli: hoc ipſum eſt origo choleræ,ſeu inuidiæ, corroſiuæque naturæ. Non eſt illius verum cholera nomen, ſed lupinum ſal. In tribus enim corporibus homo poſitus eſt: Mercurio videlicet, Sulphure, Saleque, & non in quatuor: at in ſpiritum cum quatuor elementis,ex quibus nulla hoc loco ſigna ſumenda ſunt, at ex ſale duntaxat. Sal etſi nonnunquam igneæ complexionis exiſtat,vt arſenicum: aereæ quandoque,prout vitriolum: terreæ, ſicut entali:& aqueæ quandoq;, vt alumen:nihilominus id non iudicatur ex elementis,cum iſta non fecerint illa, ſed e contra ſint ab eis elementa facta. Non ſunt etiam elementa corpora,ſed ventus,aer,aut ſpiritus tantum. Item non ſunt operatiua, ſed hoc eſt operatiuum,quod ſal exiſtit:illud enim operatur,& nõ elementum,ſiue frigidum,calidum,aut qualecunque fuerit, ſal cum extiterit,euenit, vbi non, etiam non contingit. Complexiones ergo diuiduntur in illa tria corpora,non in quatuor, & in vnoquoque corpore quatuor illa, cum eis vltra centum gradus & eſſentiæ. Non ſunt igitur ex illis quatuor ſumenda ſigna,prout cum dicitur:ſi cholericus exiſtat,ex cholera: ſi melancholicus,ex melancholia: ſi phlegmaticus, ex phlegmate: ſi ſanguineus,

Salis colcotharini virtutes. *Sal entalia.* *Sal non iudicatur ex elementis.* *Sal eſt operatiuũ: ſecus elementa.* *Signa vnde ſumenda.*

ex sanguine procedere: nihil minus. At si sal sanguinis occasionem habeat, sal erit eius, quod in sanguine fuerit: si autem ex sale, quod in liquore latet, erit, eiusdem etiam iudicandum, & iuxta salis essentiam formabitur vlcus aut pruritus. Item cuius generis sal exstiterit, hoc effluet: siue sit homo phlegmaticus, melancholicus, cholericus, aut sanguineus: ista sal non curat, sed iuxta suam naturam agit. Morborum eiusmodi signa faciunt ad intellectum eorum, vt medicus ex philosophia valeat eos cognoscere, iudicareque; iuxta verum fundamentum. quod autem nisi cognouerit, iudicium prębet hominibus existimandi se fundamentum artis suæ super arenam posuisse. Pariter signorum ex philosophia cognitio, receptorum optimum componistam efficit, qui cogitur alias ab aliis opus emendicare suum, vnde surgunt enormes admodum errores. Inde recepta vera sumuntur, videlicet vbi quis morborum signa cognouerit. Hæc eadem eum docent origines eorum, quas vna cum signis reperit ex luce naturæ: sic vt ex eo genere rursum in ipsam naturam iterum redeat, ex qua recepta sibi proponuntur similium cum similibus, & non contrariorum ad contraria. Non est enim ad hunc modum intelligendus homo, vt in eo contrarium contrario pelli debeat, vti per aquam ignis: quid ergo foret, quod aquam expelleret, quid aerem, quidnam terram, hyemem, quid æstatem? &c. Sal igitur suum sal habere vult, Mercurius suum Mercurium, & Sulphur suum sulphur: id natura demonstrat: in similibus expetere similia se.

Signa morborũ ad quid faciant.

Recepta ex signis sumũtur.

Capvt VIII.

Salia duplicia: alia curã, alia non recipiunt.

VT fundamentum ac initium istius absoluatur philosophiæ, sciendum est, salia rursum in duas partita vias fore: videlicet vnam, quæ curam & sanationem recipit: & alteram, quæ non admittit eas. Nam, vt in terra fluxus aquarum exsistunt, qui tolli minime possunt, in corpore pariter occasiones aliquæ non possunt amoueri: nonnullæ super terram abeunt, vt fontes aliqui, postmodum autem redeunt: non secus habentur salia, quæ hoc ipsum faciunt. Sunt etiam quæ fluxus non exsistunt, sed exsiccantur, & reuertuntur: plurimi torrentes ad hunc modum fluxerunt antea, qui iam exsiccati non redeunt amplius eo loci, verum alio discurrunt: itidem accidere solet in homine. Similia multa reperiuntur, quæ medicina sua, nec non ars eius aufert & exsiccat, vt per Solem, aerem, atque tempus fieri suis viribus videmus, quæ quidem omnia pariter in medicina sunt. Quare si medicus recepta componere velit, eiusmodi res quærere naturales debet, quæ soli similes vel aeri comparatione sunt, & non elementis, non calida, frigida, sicca, nec humida capere, sed corpora contra corpora, hæc ipsamet sua secum deferunt elementa. Verum enimuero prout in terris aquæ multæ sisti nec exsiccari possunt, non secus in homine fluxus quidam, vbi iam occasionem acceperunt effluendi, non iuuant auersiones, minus exsiccationes. Quandoquidem atque res aliqua sumserit iter ad vltimam suam materiam, ad quam omnino corrupta sit, non potest amplius reduci, quamuis ad hoc regimina quædam abstinentiæ, exsiccationes, exhaustiones, & similia sint excogitata, quæ quidem omnia diutius nō iuuant, quam noua congregatio fiat humorum: quibus remediis humoristarum duntaxat vtuntur consilia, sed frustra. Nisi medicamentum aut cura fuerit conditionis eius, cuius morbus ipse, vana sunt omnia remedia, quod eis minime curetur. Hæc est morbi conditio, videlicet, vt sit reducibilis ab vltima sua materia, cuius ia via fuerit, ad primam. Vt cum lignum aliquod ardet, nisi per aquam eius ignis exstingui valeat, nihil iuuat amplius, at qua præ manibus exsistente, iam adest remedium, sic vt lignum solum

Receptorum compositio vnde sumenda.

Medicamenta sit eiusdem condicionis cum morbo.

lum sit igne sine. Si tamen lignum amplius non fuerit, sed carbo, non iuuat exstinctio, cum ad lignum a carbone redire possibile non sit: carbones enim tales manent, aut accensione transeunt in cineres. Oportet igitur materiam adhuc adesse, quæ reduci debeat ad primam, sic, vt id, quod absumtum fuerit, abeat, quod autem adhuc restiterit, seruetur. Salia similiter pondere suo diminuuntur, vt lignum pro parte iam adustum, & pro parte non: & non pondere solum, at multa salia prorsum ab homine fluentia recedunt, quibus iam expurgatis, eorum damna facile curantur. Quapropter medicus illa iuxta Philosophiam perpendere debet, vt cognoscat, an fluxus expurgatus sit, vel in via diminutionis, & eo finito, cura facilis erit, vt etiam per se fieri queat, quod eius materia penitus effluxit. Accidere quandoque solet, vt pars vna fluat, altera non: aliquando parumper, & postea cesset, ac per se, qui terminum hunc attigerit, fœliciter, at non artificiose curabit. Eiusmodi fluxus etiam fiunt inæqualiter: nam sæpe corrumpitur sal quodcunque fuerit, sibique foramen excauat, quousque deueniat eo quo tendit: sudore corpus ipsum penetrat vsque ad cutem, ibidem congregatur, operationemque suam aggreditur. Euenire solet etiam, vt cesset ibidem, & alio loco se recipiat, in quo non aliter operatur, quam in priore, post ab eo recedens iterum in alium tendit: eius rei caussa est, quod species eiusmodi salis per corpus huc atque illuc discurrentes, caua actas suas quærant, prout aurum & argentum in terra per venas expanduntur, in quibus inuenta sunt: hic declinant, ibidem assurgunt, ibi terminantur, illic incipiunt. Ad hunc modum genera salium fiunt, multisque locis inueniuntur, in quos erumpunt: non semper tamen, quod emoriantur, vt vno loco, vel duobus tantum reperiantur, quæ si diutius viuerent, aut vigerent, multis aliis extenderentur. Similiter plurimi fluxus in corpore cessant, & in mortem vsque manent, qui si diutius vigerent, ampliarentur. Philosophia namque docet, hominem etiam in seipso globulum & sphæram esse, res prædictas omnes continentem: necessarium est igitur, vt microcosmi eorum conditiones probe cognoscat, in quibus similia cum sibi similibus conueniunt, cum in Theorica, tum in Practica. *Homo omnia in se continet.*

Animaduertite vos igitur medici, ne cum hominibus ita leuiter agatis, at optime ponderate prius, quid præ manibus habeatis, quidq; vobis faciendum sit. Nam si fluxus eiusmodi curaueritis, necatis homines: itidem facitis, cum præter naturam eorum reprimitis eos. Si curaueritis vlcera per se curabilia, videte, vt indicare possitis ea rursum eruptura, vel aliter hominibus imponitis. Non enim propter salia medicina creata fuit, sed propter manifestationem artis in proximi dilectionem: æger siquidem vester est proximus o medici, quapropter est, quod curetis eum ex ordine quo Deus curas in medicina creauit. Postquam sanus fuerit ope tua, tu proximus eius es: item est quod ipse tibi gratias referat, vt ille, qui cuperet a te sibi fieri, si tibi hoc ipsum præstitisset, quod ergo ipsum impleuisti. Medicinæ veritas igitur consistit in philosophiæ fundamento, postmodum cura feliciter succedit erga Deum & homines. Absq; fundamenti huius cognitione, quid est tua caritas? quam etsi libenter exerceres, illa mors est alterius. Habe cognitionem artis igitur, atque naturæ, nec non lucis istius. *Fluxus nō omnes curandi, nec reprimendi.* *Medicina veritas in Philosophia.*

LIBER SECVNDVS DE CVRA VLCERVM.

Capvt I.

Cibus & potus cur assumendi. Cibus atque potus ad ventris impletionem a Deo non sunt ordinati, sed ad naturæ contentationem: quæ si ieiunium expetat, id obseruetur: si famem, abstinentiam &c. Item non solum illi sunt ad ventriculi famem sedandam, & sitim hepatis assumendi: verum etiam ad istarum corporis partium in officiis, quæ habent a natura sustentationem, & eorum, quæ corpori deficiunt supplementum. Nedum enim cau'is est nutrimentum, at medicamentum etiam: sic & rapæ, caro, panis, &c. Vinum etiam sitis appetitusque non tantum expletionem continet, sed medicamentum. Aqua similiter non sola potum exhibet, ac cereuisia, fructuum succi, lac, &c. sitim extinguunt. In istis autem hæc seruanda potissimum differentia est, vt non solum appetitus hepatis & ventriculi sedetur, verum etiam ipsa necessitas ex ordine [illegible] eatur. *Cibandi necessitas.* Hæc est necessitas, vt corpus ea ratione cibis & potibus contentetur, vt per illos in sanitate conseruari queat, & eius morbi pelli: nam in eis arcana, mysteria que magna latent. *Cibi cur varii hominibus dati.* Hac ratione Deus tam varios dedit hominibus cibos & potus, qui tamen medicis haud bene cogniti sunt, & potius in vsum assumti. Morbi reperiuntur, qui repletionem habere necessario volunt. Scitis enim vlcus esse, quod *lupus* appellatur, hoc *Morbi repletionem ciborum exigentes.* assidue repletum fore carnibus vult. Non aliter etiam in corpore lupini morbi nonnulli sunt. Item varii stomachi reperiuntur inter homines, vt canini vix satiabiles, illis est danda repletio, quod hæc sanitas eorum sit. Sunt & vrsi stomachi, qui mell. delectantur, atque rebus dulcibus, istæ sibi sanæ sunt, sic de cetc. is conditionibus atq; naturis. *Stomachi varietas ut beluarum.* Vt in brutis peculiares conditiones reperitæ sunt, stomachorum hominum etiam diuersæ proprietates existunt: aliqui libenter oleribus vescuntur, acetariis, &c. quare vaccei ventriculi sunt: alii carnibus, qui canini reputantur: piscibus alii, qui lutræ stomachi dicuntur: sic de reliquis. *Ventriculorum diuersi appetitus.* Hac de caussa Deus, quod hominum ventriculos in tam diuersis appetitibus posuerit, etiam tam varios cibos atque potus ordinauit. De naturalibus & agnatis a natura dicta sint hæc appetitibus, & non gulosis: gulæ namq; stomachi suam peculiarem sumunt originem in cibis atq; potibus.

Potuum appetitus varii. Varia sunt vini genera, prout etiam diuersæ conditiones hepatum existunt, & potuum appetitus varii, hic ad iulep, ad hydromel alius, ad aquam ille, vel ad cereuisiam, fructuumve succos, aliosque nondum inuentos, quibus iecur delectatur, & q[illegible] medicis iuxta similes conditiones cognoscendi sunt ac ordinandi: natura siquidem hoc nos docet, ex ordine suo seruare diuersimode.

Carnes sale conditæ fluxionibus [illegible] [illegible]. Ad salium fluxiones accedit maxima depravatio per sale conditarum carnium, aut similium piscium esum: nam eiusmodi sal carnibus aut piscibus admixtum vim suæ substantiæ corruptionis facile p[illegible] b[illegible] to[illegible] fionem sui simili[illegible] corruptionis. *Condimenta corruptionem acce[illegible]* Ipsum etiam efficiunt acuti cibi, multis aromatibus conditi, prout zingiber, piper, nec non aliis salibus, vt raphano, sinapio, allio, similibusque. Hæc omnia corruptionem accelerant quod sal accedat ad sal, Mercurius ad mercurium, & sulphur ad sulphur. Sic in stomacho cibi triplices coquuntur ex tribus illis corporibus, pa[illegible] h[illegible] pate

hepat[illegible] propter medici p[illegible]ritia co[illegible] [illegible] post [illegible] [illegible] in eo [illegible] hinc ad [illegible] [illegible] ex abundantia qua [illegible]. Verum contra sal amarum [illegible] [illegible] [illegible] contra sal asperum [illegible], at [illegible] [illegible] nidum, & [illegible] consequenter [illegible] propositionis demonstratione. [illegible] modi seruata [illegible] contra [illegible], [illegible] demum [illegible] in cibo regimen & [illegible] [illegible] vere [illegible] ad sanitatis conseruationem adductum & con[illegible] bo præ[illegible]. Quare cum [illegible] sunt morbi, iamque sumunt argumentum, subsequitur [illegible], quæ dicta est, necessitas.

A[illegible] aduertendum etiam, ad salis fluxum alios accidentales accedere, prout videtur [illegible] antes alia [illegible] semper velle. Non aliter ad salis fluxum alii duo fl[illegible] rure, videlicet ex cibo & potu. Stomachus & hepar nutrimentum sal [illegible] corpori naturali co[illegible], ea ratione, qua nutrimentum in sal fluxum [illegible] propter[illegible], [illegible] fluunt Latius ex poris venarum & carnis liquor stillat, & sudor, qui cruor est ibidem, & guttatim in eiusmodi fluxus decidunt, ac ita propter [illegible] in [illegible] essentiam transmutantur cum aliis, & simile [illegible] hac [illegible] triplex salis fluxus efficitur, qui corpus est pro tertia parte, videlicet [illegible] ciborum & potuum [illegible] tertii corporis nutrimentum ex[illegible]ente, ex [illegible], [illegible] ex liquore & sudore, qui in carne sunt. [illegible] fluxus [illegible] per [illegible] excitantur. Hæc a medi[illegible] sunt [illegible] repletio vitetur prorsum in similibus, at potius abstinentia seruetur, [illegible] fluxuum & vlcerum tantum ordinetur ipsa diæta vel abstinentia. Quo facto salis corpus virulentiam relinquit, citiusque persanatur vlcus: nam exsiccatur corpus eius, vt nõ valeat amplius ad cutem fluere, sed suo loco manens exsiccatur [illegible]. Similis exsiccatio minime fieri potest, nisi corpus salis mitigatum sit, alias iterum [illegible] non. Non tamen hac de caussa volo, vt abstinentiam medicamentum [illegible], sed Empiria solum, quæ aliquo tempore locum habet: nam [illegible] quando per [illegible] dicturi [illegible] ægri moritur, aut incidit alius accidentalis [illegible] loquuntur empirici medici, *nisi hoc aut illud obstitisset, omnia se bene habere* &c.

Sancti piique viri [illegible] in [illegible] viuendi rationem seruarunt, non vt nonnulli [illegible] quod hac via se[illegible] ligare v[illegible]rint, sed potius, vt vitam longam consequeretur, quam etiam adepti sunt. Non perse[illegible] perceperunt, eiusmodi cibos atque potus ad longam vitam idoneos esse, verum a spiritu [illegible] didicerunt per diligentem inuestigationem. Diætam igitur habuerunt ad vitam longam. Et [illegible] quis [illegible] homo d[illegible] siderat, idque summa diligentia prosequitur, acquirit. Sic etiam Ioannes Baptista vixit ab adolescentia sua, vsque ad sui decollationis diem absque m[illegible], [illegible] de caussa, quia cibus eius mel fuit, non permisit, vt sal in suam transiret malitiam, neque mel [illegible] nec vino, sed locustis ramorum arborum tenellis & vir[illegible] quare [illegible] admodum vixit, non ob sanctimoniam, aut meritum erga Deum sed propter [illegible] de[illegible] eius officium. Huius vita victusque ratio medicis in exemplum [illegible] debent, qui consilium ad sanitatem hominibus dare cupiunt. At cum [illegible] turpiter, [illegible], nec non adulatorie medicinam [illegible], consilium in regimine coquinæ [illegible], non autem ad sanitatem, sed in quantum videtur eis [illegible]. [illegible] medici prorsus ad chirurgiam sunt inutiles, vt [illegible] quod instituant, verum ad repletionẽ tantum. Alii, qui victus rationem iuxta

R

Sal [illegible] contrarium

Salis fluxus accidentales.

Salis fluxus triplex.

Repletio vitanda in [illegible].

Sal qui virulentiam remittat.

Eremita.

Cibi ad longam vitam.

Ioan. Baptistæ victus [illegible] mortis.

Ioannes [illegible] medicis exemplo sit.

Medic. reprehensio.

necessitatem intelligunt, sanos conseruant homines, & quos curant [illegible], id est, in sanitate perseuerantes efficiunt. Hoc dico solum, vt medici per exempla [illegible]orum ad abstinentiam naturæ, suos admoneant quos curant, vt sani facti, perseuerent in sanitate.

Cum igitur adsint exempla certorum hominum atque sanctorum, per quæ iudicare potest medicus, qua ratione componi recepta debeant, ab exemplis [illegible] et piorum, & non Epicureorum, sequitur inde [illegible] reperiri, quæ dictos morbos externos intrinsecus, & extrinsecus persanant. Nam prout vulnera potionibus curantur ab internis extra, non secus & cibis fieri potest, ad hunc modum [illegible], vt *butyrum, caro, panis, herbæ, vinum, aqua*, &c. talia sint, vt locum potionis vulnera [illegible] supplere queant: nam eiusmodi cibis nutrimentum aptum sit suo corpori. Si [illegible]latiua sint, & mundificatiua, conditiones istas etiam in corpore seruant, idque [illegible] iuxta suam naturam. In nutrimentis naturæ conditio talis est, vt [illegible]mentum vnumquodque nihil aliud existit, quam instauratio quædam ægri [illegible] confirmatio, sustentatioque, nec non augmentatio sanguinis & carnis ei [illegible]. Cum ergo cibus nutrimentum sit, æquum etiam est, vt ad hunc modum [illegible]beatur, quo membrum ægrum ab eo consolationem recipere valeat, & [illegible] nutrimentum ibidem inueniat, auxiliumque. Hac de caussa nutrimentum [illegible] medicamentum continere debet, non quod stomachus illud instar medicamenti [illegible] deglutiat, verum vt nutrimentum digerat: sic de iecinore iudicandum. P[illegible]tis & ad loca sua deuenerit, adest naturæ balsamum, quod hoc ipsum recipit, & potentius confectum, absumit vna cum eius caussa damnum: hac via pars [illegible] suam [illegible]tem adimit, integramque reddit Anatomiam, ac in pristinas vires [illegible] redit, sic vt fluxus amplius emanare minime possint. Postmodum sanatio per medicamentum in cibis situm sequitur, hoc est, progreditur in finem vsque.

Si vero [illegible] ea, quæ proueniunt ex herbis, vt ex lacte butyrum, fac vt [illegible] vaccis plurimum salis adhibeas lambendi, nec non vulnerariis herbis alas, vt *serpentina* [illegible] *agrimonia*, &c. tandem ab earum lacte butyrum extrahas, [illegible] ex agris, & [illegible] lac, excepto caseo: nam vires herbarum vulnerariarum non transeunt in alia lacticinia, solum in lacte manent, aut in butyrum [illegible]. A[illegible] quæ lac non exhibent, carnes administrentur eiusmodi nutrimento factæ, vt supra de lacte habetur, inde nil nisi bonum oriri poterit. Hac ratione [illegible] carnes Iudæis prohibitæ sunt, quod inde morbos & lepram conciperent, cum eis in escam adhiberentur. Consuetum est enim, vt omni quod immundum fuit [illegible]tur porci, qui si, vt supra narratum est, alerentur, quæ caro [illegible] vel porcina foret excellentior. Herbæ vulnerariæ pariter ad hoc optime sunt, vt serpentina similes[illegible] isti ibi malignos salis omnes spiritus digerunt. Reperiuntur herbæ quædam, quæ sumptæ vel comestæ [illegible] iis vlcera persanant, cancrum [illegible] atque lupum [illegible] tinis carent nominibus, Græcis, Arabicis, Chaldaicis, &c. Veteres enim & primi [illegible] d[illegible] [illegible] carum, aut P[illegible] [illegible] ductæ fuerunt. Vetum [illegible] habitæ, virt[illegible] carum [illegible] non [illegible] ad vlcerum c[illegible] [illegible] [illegible] dederit [illegible] rem [illegible] & prima, vitio [illegible] [illegible] [illegible] fo[illegible] [illegible] quæ h[illegible] [illegible] ge[illegible]. Po[illegible] [illegible] vo[illegible] sub [illegible]

Cibis etiam morbi curari posse

Nutrimentum in se continet medicamentum

Carnes suillæ cur Iudæis prohibitæ.

Herbæ vulneraria malignos salis spiritus digerunt.

[illegible]gertur admirandæ virtutes earum supra quæuis extrinseca medicamenta. Meo [illegible] porre cercuilæ iuxta [illegible] coctæ sunt, cum additione dictarum herbarum, quæ [illegible] dibus potæ, [illegible] alia mirabiliter curarunt vlcera, fluxus quoque repressit[illegible]runt, qui [illegible] aestimabantur. [illegible] hoc ipsum effece[illegible] non tam [illegible] quod [illegible] aduersari magis, quam processi conatur. Si[illegible] [illegible] vt supra dicere [illegible] dictum, quod illa fuit excellen[illegible] [illegible] curas operatæ sunt, etsi priori[illegible] [illegible] res, ad anni tertiam partem videlicet: curata sunt ad hunc modum [illegible], quæ multis annis patientes suos torserant. Æquum est igitur, vt earum [illegible] loco [illegible]onem, quo cum herbarius venerit in lucem, per eiusmodi remedia [illegible] hominibus, illa relinquentes, in quibus auxilii nihil hactenus [illegible], ob quæ merito vilipendimini. Mirandū est sane Germanos medicos, in [illegible] expertos non fuisse, quo potuissent eiusmodi herbis [illegible], deque suis viribus & virtutibus aliquid scribere: solum iuxta veterem [illegible] dicere, siquidem est, esto. Percipere non possunt etiam aliquem fore, qui [illegible] is subuenire cupiat [illegible], vt peculiam habeant, omnes curant, hoc [illegible] nemo.

Consolida vulneraria [illegible] [illegible] vulnerum.

Vlcerum cura per decocta earundem.

CAPVT II.

POST vero corpore prout supra, sequitur inde cura per admixtionem, [illegible]: Vbi verum corpus adfuerit, cura consistit in herbis vulnerariis, alia [illegible] præparatis, quam herbarum communis præparatio fieri solet, co[illegible] [illegible]cet cum vino veteri, vel commixtione, repurgationeq; simul cum recenti postea potis, &c. Non ita hoc loco fie. liquores enim debent præter mixtionem. In exemplum Qui præparare consolidæ radicem nouit, & per se, vt bibi queat, medicamentum habet ad vlcera, sic de cæteris herbis & radicibus: excepto solo, quod sine mixtione vel additione præparentur in potionem, & bibantur, non vt in vulneribus. Optimæ sunt ad hoc negotium & opus herbæ *Consolida, Serpentina solida, Persicaria, Ciclamen, Chelidonia*, & aliæ plures quæ hactenus in vsum non venerunt. Ad hunc modum in potiones adducuntur. ℞ *consolidæ radices optime rasas & repurgatas, contunde: postmodum adde panis tantundem & iterum tundendo simul commisce, plusque panis adde tandemq; postea ponas in vesicam porcinam bene ligatam, & in fimum equinū calidum [illegible] in quo maneat aliquo tempore singulis octonis dieb. aspiciendo.* Fiet inde rubea materia quædam & postremo pultium instar mollis: non præteréat verum tēpus, id est, in fimo longiori tempore, quā decet non relinquatur. Extractum postea torculari fortiter exprimatur, secus manente pasta durissima: cui pastæ plus addito panis, & putrefac, vt supra, tam diu processum hunc seruato, quousque radix & panis expressa penitus exsistant. Accipe tandem succum eiusmodi viscosum, & per se putrefac in vitro suo tempore, post ad[illegible] stilla totum in cineribus, & ab eo quod ascenderit separa phlegma per balneum, vt nullum ascendat amplius. Manet in vitro consolida, pane quidē [illegible] tas [illegible] forma per balneum separato. Non solum in cōsolida processus hic seruari potest, [illegible] omnibus aliis herbis & radicibus vulnerariis etiam, quarum numerus magnus est, & quæ postquam in præparationem adductæ fuerint, nedum vlcera manifesta, verum etiam [illegible] cura intrinseca, pariter ossium & pudendorum rupturas, vt per [illegible] ulæ radicem [illegible]. Succus eiusmodi vulnerarius aut oleum ita præparatū, administrandus [illegible] admixtione medicamēti falini, prout supra, vel vino bibendum, aut in aqua d[illegible], quo curantur vlcera quæuis, ab interni ad exteriora.

Liquores per se debent præter mixtiones.

Herbæ vulneraria quo modo in potionem adducantur.

Consolida in potiones reducta.

Succus vulnerarius quomodo administrari debeat.

Et quamuis hic nouus processus existat, & non vetus, nihilominus maioribus præditus virtutibus, quam veteres omnes, cum in illo substantia rerum in corpus admittitur, & spiritus eius non solum, qui minimum auxilii præstare potest in unouibus. Admirandæ reperiuntur in montibus herbæ, necnon aliis in locis, quæ non sunt in vsu, rusticis magis notæ quam medicis ipsis, & per seipsas rudi modo mirandas virtutes patefaciunt: præparatæ quidem in operationes perficiunt incredibiles, vt etiam Apothecarios omnes, herbarios eorum, & medicinæ codices pudefaciant. Quapropter medicinæ discipulo nihil vtilius, qui discere per quam optime cupit, quam, vt in varias regiones peregrinetur: hoc fit, vt audiat ac videat ea, in quibus omnium herbarum cæcique prorsum existunt. Quandoquidem h... medicina tegulis no...s, ... firmamenti, cœlique magnitudine circumtegitur.

Herbæ mon ana earumq; præstans vsus.

CAPVT III.

Vlcerosorum diæta.

VLcerosis ordinandi cibi potusque ex herbis ad id medicamen congruis, aliis prohibitis in finem vsque sanationis. Quo facto primum capitulum prætermittendum venit, ex quo diæta sumenda est. Verum, quia materia peccans præ... existit, eam vna cum cibis repurgare conueniens erit. Huiusmodi purgatio fit ... cibi sumptionem duabus horis, postmodum est quod edatur, idque singulis diebus continuandum erit absque intermissione. Hæc purgatio competens vlceribus, talis non est, qualis humoristarum illa: nam ibidem humor non est, quod illi putant. quare nihil præter vlcus purgatur, non stomachus, non cutis, nec simile quidpiam. Processus istiusmodi purgationum consistit in istis corporibus, nempe vitriolo, tartaro, esula, centaurea, sylanda, iuniperique locustis. At quod ista purgent alio modo non præparata, hac de caussa præparari prius debent, quam ab ista præbeantur. Anatomiam vlcerum solum purgat, vt postmodum ea purgatione facta, reliqua corpora, scilicet incarnatiua, & consolidatiua suas operationes exercere valeant.

Purgatio. Eius modus. Purgatio nis processus. Præparatio.

Præparatio vitrioli.

Præparatio vitrioli. Suspendantur eius vnciæ quinque in viginti mensuris vini, & cum isto repurgetur. Eius vini sumatur cochlear vnum, vt supra narratum est.

Præparatio tartari.

Tartari. Tartari liquoris destillati libra, in vini recentis mensuris quadraginta, repurgetur, vt supra per se naturaliter, & eius vini cochlear vnum detur qualibet vice.

Præparatio centaureæ.

Cětaurea. Maceretur hæc in aqua ardente, postmodum extrahatur eius essentia quinta, iuxta communem vsum. Huius extracti guttas administrabis decem in aquæ destillatæ ex herbis vulnerariis vno cochleari, prout supra diximus.

Præparatio esulæ.

Esula. Huius virentis radicem & herbam, atque semen in sero lactis coquito quousque liquorē habeas. hunc exprimito, coquendoq; suauiter elixato, donec ... administrabis aliquantulum singulis diebus mane potandum. Lac omne liquidum hoc loco sumitur, eo modo, quo tyrus in theriaca.

Præparatio sylandæ.

Sylanda. Coquatur in aqua ciclaminis destillata, cooperta quidem in vitro per horam, ex-

pr[illegible]sta postmodum aqua, recent[illegible]clam[illegible]nis aquæ permixta bibatur mane singulis diebus ad quantitatem vnius [illegible].

Pr[illegible]tio [illegible] locustarum.

Præparandæ sunt in liquore [illegible]cum oleo de spica: hunc vino permixtum partibus æquabibus admirabis. *[illegible] locustarũ*

Et [illegible]s al[illegible] a reperiantur eiusmodi simplicia contra [illegible] pri[illegible]cipalia tamen enumeraui, quibus [illegible]tentus [illegible]. Medicus omnis defectus hominis cognoscens, eosque [illegible] cupiens iuxta potestatem a Deo concessam, per [illegible] medium, primo fundamentus quidnam sit corpus hominis, & in quo sit constitutus h[illegible], vna cum suo corpore materiaque scire debet: eo cognito, facile reperiet quid sibi faciendum sit. Absq; scientia fundamentoq; nemo debet medicinam aggredi, maxime Christianorum, quibus veritas insita est. Verum Gentiles atque Iudæi quoduis pro [illegible] præsumunt facere arbitrio. *Medicinã absq; fundamento nemo aggrediatur.*

THEOPHRASTI PARACELSI BOMBAST VTRIVSQVE MEDICINÆ

Doctoris, de cura vulnerum, libellus excellentißimus.

IN vulnerum cura tres habentur viæ, prouenientes ex vero fundamento huius artis, quarum *prima* vulnerariis in potionibus consistit; *secunda* quidem in fodicationum emplastris: *tertia* vero sita est in Balsamis. Plures viæ reperiuntur, narratu minime necessariæ, cum tres, quæ dictæ sunt principaliores existant in hac artis parte. Quam igitur earum fueris ingressus, feliciter cedet, quare fictitias alias, miserasque fugito vias. *Vulnerũ cura tres viæ*

PRIMA VIA.

De potionibus vulnerariis.

VNaquæque potio vulneraria debet accidentia quæ [illegible]iis arcere, ne vulneribus incidant. Quamobrem istas habere virtutes binas oportet: vnam ad vlcera curandum: alteram ad arcendum accidentia. *Potio vulneraria qualis esse debeat.*

Ad vulnera curandum, istæ sunt excellentiores herbæ, videlicet *agrimonia, pyrola, [illegible] mi[illegible]la, sanicula, serpentina omnes, consolida, betonica.*

Ad præueniendum accidentibus istæ sunt potissimæ, scilicet *hirundinaria, melissa, ver[illegible] a[illegible]amen, &c.* coquatur ex istis vulneraria potio secũdum vsum, & in potum ad[illegible].

E[illegible] quod [illegible] h[illegible]s, quanto citius vulnus aliquod curatur, tanto melius ac felicius ope[illegible]. Et si forte non obstatibus eiusmodi potionibus accidens inciderit, ad mortem [illegible] fieri iudicato, vel [illegible] diuturnam infirmitatem. Procede vt sequitur hoc infra po[illegible]o capitulo.

Potio vulneraria.

Potio vulneraria.

℞. Pyrolæ manipulos duos, Ciclaminis, Saniculæ ana manipulum vnum, Alchimillæ manipulum ß. Coquantur in duabus mensuris vini, iuxta communem vsum. Decoctionem istam in potum administrabis mane vesperique. Verum herbas a quibus decoctionem elixasti, super vulnera ligabis, admixto pauco sale, procedesque secundum ordinem ad vulnera necessarium. Hæc potio curat vnumquodque vulnus [illegible] aut fodicatum. Caue solum ne quid alterius admiscue[illegible]is medicamenti.

SECVNDA VIA.

De fodicationum emplastris.

EST quod hunc per fodicationum emplastra curandi vulnera modum notetis. [illegible] quum foret cetera vos fictitia relinquere, putaticiaque medicamenta, m[illegible] in vero medendi fundamento, cũ tot signis demonstratio[illegible]ibusq; suffi[illegible] moniti sæpius estis, illa non sine plurimis accidentibus in vsum vnquam [illegible] se, contractu[illegible]is aut morte, similibusque prouenientibus ex eis. Q[illegible]apropter [illegible] dicationum emplastrorum tenete, quo vos haudquaquam, nec ægri [illegible] cemini.

Emplastrorum fodicationum conditio.

Emplastrorum eiusmodi conditio talis est, vt accidentia quæuis au[illegible] a-tione secunda, nihil [illegible]ruptionis accidentalis aut contrarietatis admittan[illegible] &c. Quare propter hæc arcana sua notate compositionem eorum, vt eam probe c[illegible]noscetis. M[illegible]lius est e[illegible]im vnicum hoc medicamentum, quam ars integra, q[illegible]am f[illegible].

Ex quatuor componitur.

Vnumquodque fodicationum emplastrum ex quadruplicibus comp[illegible], quadruplici ratione *Prima* quidem ob sanationem, quæ de cera fit. *Secunda* vt a[illegible]dentia quæ vulneribus indies & singulis horis incidunt, amoueantur si[illegible] vt [illegible] s[illegible]latenus maneant: idipsum fit per gummi. *Tertia*, vt alia quibus vulnera præte[illegible]cidentia subiecta sunt, veluti putredini, vermibus, corruptioni carnis, & [illegible] [illegible], auferantur, & hoc per consolidatiua maiora, masticen, myrrham, &c quicquid per ista crescit, optimum est sub eo processu, qui positus est a[illegible]tea. *Quarta*, [illegible] præ-seruat a spongiositate carnis, scabie, pruritu, aridura, contracturis & [illegible] sequitu[illegible], idque per mineralia, prout lithargyri[illegible] m, marchasitam, antimonium, [illegible]aluminarem, & similia. In istis quatuor ars vera componendi fodicationum emplastra consistit, in quibus etiam cura sanatioque vera latet. Alia multa reperiuntur, quæ plus nominis quam artis habent.

Compositio fodicationum emplastri.

Eius compositio.

℞. Ceræ, Lithargyri ana lib j. Calaminaris, Colophoniæ, ana ℥ ij. ß. Olei communis [illegible] j. ß Liquescant igne leui cera, colophonia, & oleum simul, post a lithargy[illegible] & calaminaris contusa, tritaque subtiliter [illegible] in iniiciantur ac decoquantur ad empla-stri iustam spissitudinem, incombusta postmodum imponantur gummi hæc, vt sequitur.

℞. Oppopanacis Sarapini, Bdellii, Armeniaci Galbani ana ℥ j. ß preparatorum tamen. & in aceto coctorum prius. Et postquã aliis admixta fuerint, addantur isti puluer es.

℞. Corallorum alborum & rubeorum, Mumiæ, Myrrhæ Thuris ana ℥ j. Antimonii ℥ ß Cro[illegible] Martis ℥ ij. His aliis admixtis partem adi[illegible] c[illegible] gnæ mastic[illegible]s, dein [illegible] fund[illegible]. Postmodum hypericonis oleo, necnon lumbricino cum additione C[illegible]ph[illegible] ℥ ß agitato manus inter, & serua.

Non

Non est quod excusationes quæras in descriptione hac, neque vt simtus fugias, aut multitudinem abhorreas simplicium, at potius adhibe diligentiam in his, quæ te securum faciunt. in omnibus vulneribus capitis, etiam fodicatis ac aliis, quæ nobis me curare debes, solum relinque medicamento curam. ipsum est medicus, tu vero non.

Alia compositio fodicationum emplastri cuiusdam, ad vlcera cum vetera, tum recentia, nec non ad vulnera quæuis excellentissimi.

℞ *Galbani, Oppopanacis, ana ℥j. Ammoniaci, Bdellii ana ℥ij.* Terantur omnia minutissime, ponantur per diem & noctem in ollam fictilem & vitreatam, affuso quadrante optimo aceto ex vino facto. Postmodum coquantur in eo, suaui tamen igne carbonum, vt gummi liquescant, quo percepto calida in saccum effundantur, & exprimantur, vt separentur a fæcibus, quæ sunt abiiciendæ. Colatura hæc iterum bulliat in olla, tamdiu, donec acetum euaporatum sit omnino: semper agitanda sunt, ne comburantur. Hoc serua mundissime coopertum, ne quid incidat. Postea sumito olei oliuarum libras duas, ceræ nouæ libram ß. quæ in ollam fictilem vitreatam & satis magnam ponantur super ignem carbonum, & simul liquescant. Iniice tandem lithargyri minutissime triti libram vnam & ß. paulatim & successiue semper agitando, quousque permixta sit, & si adiecti coloris fiat materia, vel incum incipit conueri. Postmodum accipe gummi prius coctum ad quantitatem nucis, & iniice quaslibet vice tantundem, quousq; intrarint omnia, mixtaq; sint aliis rebus & colliquata: videndum interim, ne materia plus æquo calescens efferueat, cum per se valde calida sit Postremo hæc addes. *Compositio altera.*

℞ *Vrsi quæ ar.st lochiæ rotundæ, Calaminaris, Myrrhæ, Thuris ana ℥j Tritis terendis in eius affundantur olei laurini ℥j. & vltimo Therebinthinæ puræ ℥iiij.* coquantur igne tardo summa cum diligentia. Cum scire voles, an satis cocta fuerit, eius parum in frigidam aquam pones, & si non adeo mollis adhæserit, bene se habet; sin minus, & adhæreat ipsis digitis, coquatur latius, donec optime cocta sit materia. Depone post ab igne, & in magnam peluim aqua plenam effunde, postquam infrigidatum fuerit, vt manibus eam tractare valeas, istis oleo camomillæ vel rosaceo perunctis, amalgama tribus aut quatuor horis, & mundo vase reconditum emplastrum hoc seruabis quinquaginta post annos, æque bonum est ac recens, vel anno primo factum.

Vsus.

Istius emplastri virtutes innumeræ sunt ad vlcera vetera, nec non recentia, siccat, mundificat, carnem bonam producit, consolidat, ac sanat vna septimana magis, quam alia diebus quindecim vel mense: putrefieri non permittit, aut corrumpi, nec malam carnem excrescere: neruis truncatis aut contusis optimum est remedium, ferrum, lignum, plumbum & alia de vulneribus attrahit superpositum eis tantum. Venenosorum animalium curat morsus, ictusque: maturescere facit apostemata cuncta sola superpositione: contra cancrum, fistulam, ignem persicum, &c. est excellentissimum, & ad mitigandos omnes dolores. *Emplastri vsus.*

TERTIA CHIRVRGIÆ VIA.

De Balsamo.

Balsami quid. BALsamum aliud nihil est, quam medulla Mumiæ. Mumia siquidem est balsami corpus, quare medicus vtens balsamo hoc, iuxta naturam operatur optime. Verum est oleo præparata destillataque vocari balsama, sed a nullis præterquam imperitis medicis: non continent enim in se Mumiam, ex qua sanatio procedit omnis. Nullam ego friuolorum oleorum eiusmodi facio mentionem. Sal etiam balsami naturam habet, non quod balsamum exsistat, vel mumia, sed eorum est sustentaculum: continet enim vulnus mumiam, cui sal applicatur in sua præparatione plenum.

Mumia ne alterantur. Haud imitandi sunt, qui dicunt, hic frigidum, calidum, humidum, aut ibi [illegible] ista quidem cõtra naturam adducuntur in vulnerum curis, cum accidentia sunt. Cum verum a[illegible]itur medicamentum, ista non occurrunt. Graue nimis atque [illegible] est medicamentum, accidentibus obnoxium, quod eorum curæ contraria [illegible] trario modo pariter succedunt. Huius rei causa latet in scatularum variis co[illegible]

Descriptio Balsami talis est.

℞ *Mumiam cum æquali pondere mellis, admixtis floribus hypericonis,* [illegible] *se reclusa vitreo ponatur in digestionem, per septimanas quatuor.* Post [illegible] hoc digestum, quo quidem humectanda sunt assidue vulnera, donec persanata sint.

FINIS LIBELLI DE BALSAMO.

THEOPHRASTI PARACELSI BOMBAST VTRIVSQVE MEDICINÆ DOctoris, de Vermibus, Serpentibus, Araneis, Bufonibus, Cancris, & maculis ortis a natiuitate Liber.

DE ORIGINIBVS ARTIVM.

CAPVT I.

CVM Deus Opt. Max. nedum cuncta, quæ necessaria sunt hominibus ad cibum & potum, ac ad sustentationem [illegible] lam omne, quod ad eorum sanitatem & commoditatem [illegible]le, necnon ad vitam longam necessarium, idque per diuinum verbum suum FIAT vt in Genesi legimus: hæc o[illegible]um visibilia vel [illegible]is ob[illegible]lore voluit, verum etiam [illegible]ltis & magnis virtutibus naturalibus dotauit, suaque virtute omnipotente confirmauit, vt [illegible] nobis [illegible] mutabilia [illegible]em vsque sæculorum omnium [illegible]. Verum, quod p[illegible] admodum [illegible] cognoscamus eius [illegible] auff[illegible] penitus [illegible], [illegible] gl[illegible], [illegible] & mox [illegible] huius [illegible], cum discrepare [illegible]

[illegible]

facere nos tamen oportet, si naturam in suis magnalibus & mysteriis cognoscere volumus. Deus enim creauit eam eiusmodi viribus atque virtutibus ornatam, vt non occulta maneret in eis, vel istæ laterent in ipsa: verum vt vniuersaliter omnibus hominibus, cunctis etiam creaturis venirent in vsum ad earum commodum & vtilitatem.

Tumores calido rosarum aceto curabis, reiecto prorsus & abiecto cupreæ capsulæ vnguento albo. Postquam vulnera mundificata fuerint, curentur vnguento fodicationum, in finem vsque.

De glarea vulnerum.

Aqua glarealis.

Ex cuprea capsula Chirurgorum oritur alia deprauatio vulnerum, vtpote glarealis aqua. Statim atque hanc perceperis, capsulam eiicias per fenestram, & cura fodicationum vnguento, & aceto rosarum calido, prosequereque, propter membri calorem & inflammationem: quibus ablatis, ad mundificationem te conuertas, vt supra, post vnguento fodicationum comple, donec ea concluseris. Hoc certissimum habe, vulnerum curam veram nulla putrefactione fieri debere, sed medicamentis, quæ eam arcent & amouent: ea namque sanant vulnera, consolidantque. Quicquid curare debet, proprietatem salis in se continere necessum est, quod vt balsamum extrinsecum, putrefactionem arceat: hoc ipsum oportet esse temperaturæ naturæ, compositum ex eis, in quibus nutrimentum reperitur membri vulnerati verum, tam carnis, quam neruorum, ossium, &c. Isto curabis feliciter, alias non.

Curare quod debet salis proprietatem habeat.

Capvt VI.

De vulnerum accidentibus a temporibus, & cœlestium cursibus expressis, & aliis incidentiis.

Cœli influentiis suis varios morbos producit.

Manifestum est influentiis & suis impressionibus, cœlum varios morbos producere, iuxta varia sua tempora, sanosque plurimum inficere, vt isti tueri sese ab eiuo

eius incursibus minime valeant, at humiliter succumbere cogantur. Cum igitur bene habentes vincat, quanto magis vulneratos. Et veluti febres diuersas in sanis gignit, in vulneribus etiam eas imprimit, quæ paroxysmorum temporibus operationes suas in vulneribus exercent frigore caloreq; sæuientibus, iuxta febrium proprietates, quotidianarum vel tertianarū: quæ non recedūt ab hominibus, donec sanata sint vulnera. *Febres vulnerū.*

Suo tempore contingit vt pestilentia sæuiente, morbus hic se manifestarit in vulneribus vlceris instar, & cum frigore caloreque primum inceperit, qua nonnulli correpti fuere, qui tamen alibi per totum corpus nihil præterquam in vulneribus fuerat o: tum, senserunt. *Pestis vulnerum.*

Euenit etiam aliquoties inter milites, vt in vulneribus angina sit orta, non alias quam in lingua solet cum signis omnibus, & crassa cutis a vulneribus exierit, prout lingua consueuit auelli. Innumerabilia sunt accidentia similia, quibus eisdem ordine medicamentisque obseruatis, vt in suis locis affuetis, etiam in vulneribus medendum est. Eodem namque medicamento quo linguarum anginæ, vulnerum anginæ curatæ sunt, nec alia via potuissent a vulneribus expelli, quam eisdem, quæ contra pestem aut anginam applicantur. *Angina vulnerū.*

Sæpius etiam contigit, vt vulnera sanguinis profluuium ciecerint, qui verus non fuit sanguis: hūc nulla medicina sistere potuit. At cum eo tēpore dysenteria sæuiret, in illis regionibus & excremēta profluētia pariformia forent illis, quæ manabāt e vulneribus, exitumq; facerent non dissimilē, imo prout secessus redirent, in omnibusq; responderent, collectum est & conclusum, vt idem quod applicatur dysenteriæ medicamentum, istis vulneribus adhiberetur: quod etiā factum est. Hæc & similia Chirurgo sunt optime consideranda: nam cum ea mihi contigerint, in aliquot vulneratis pluries euenire possent, ac pluribus. *Profluuiū sanguinis in vulneribus. Dysenteria vulnerū.*

Mineralium metallorumque fossorem vulneratum præ manibus habui curādum, qui tremore maxima ter aut quater quolibet die concussus fuit, contractione conuulsioneque membri huc atque illuc actus ad quartam horæ partem. Statim atque potandum oleum exhibui, bibitque, melius habuit. Verum vbi liquorem vitrioli hausisset ore, curatus est: siquidem species epilepsiæ fuit. Hæc a me tantum dicta sint, vt si forte similes amplius ægritudines oriantur: cognosci queat, plus ibidem vno damno, periculosa quædam accidentia fore. *Liquor vitrioli curat epilepsiam.*

In similibus itaque recurrendum est ad medicinam intrinsecam, quamuis optime conueniret, vt Chirurgus per se talia curare sciret accidentia, præter aliorū auxilium.

Ex aduerso, plerunque per vulnera generantur infirmitates, non tamen situm habent in illis, at veræ sunt infirmitates intrinsecæ, veluti mania, epilepsia, &c. Quæ quidem ægritudines, licet persanata sint vulnera, nondum abeunt, at remanent. Qua de re debet alius hoc loco processus, & curandi modus excogitari, quo medicamentum inueniatur prorsus alienum a Receptis, cuius hactenus inter medicos & Chirurgos pauca vel nulla notitia fuit. *Vulnera plerunq; generant infirmitates.*

Capvt VII.

De morbis occultis in corpore cum vulneribus sese permiscentibus, e quibus cancri, fistulæ, lupi, frigidæ calidaq; nascuntur vreuines.

IN humano corpore latent caussæ quædam, & corporalis infirmitates, e quibus successu temporis fistulæ, cancri, foramina vulnerum, vlcerationes, vredo frigida vel calida, ferrugo vel lentigo praua, lupus, & id genus similia euascuntur. Cum aliquo in loco materia huiusmodi molitur erumpere, talis etiam patefit morbus, ex quo & vulnere simul damnum fit vnicum. Inde sequitur, vt vulnera curam omnem re[illegible]ant, & nullis medicamentis quantumcunque bonis concludi queant: imo potius in accidētia, quæ narrauimus, erumpunt. Quamuis aliquoties ac sæpe his occurrunt, & vulnera breui curentur spatio, præsertim vbi materia talis recens adhuc fuerit, ac immatura, vel nondum enata. Verum si matura sit, incassum occurritur: erumpere necessum est idipsum, quod præ manibus fuerit. Quandoquidem vulneralia medicamina [illegible] ferunt ab illis, quibus damna dicta restaurantur, vt ab albo nigrum. Quapropter infirmitatum huiuscemodi r[illegible] media sunt accipienda, vulneralibus omnino r[illegible]ctis. Inde facile colligi poterit eiusmodi notitiam ægritudinum habere necessario debere Chirurgum, alias non sine maximo dedecore manum e tabella (quod aiunt) retrahere cogetur. Huius negotii fundamentum est, vt relictis vulnerum vnguentis, ad alia confugiat remedia, quæ dicta sunt.

Vulneraria remedia efferunt are medium infirmitatū.

Carnis putridæ & superfluæ cura.

Non ignoranda ea, quæ circa putridam & superfluam carnem in vulneribus orientem attinet, esse duximus. Nonnunquam in spongiæ magnæ quantitatem & similitudinem solet emergere, veluti videmus ab arboribus dependere tumores quosdam instar agarici. Ignari Chirurgi separationum aquis forcit[illegible] abrodere conati sunt: alii nouacula truncarunt, vnde prauiora multa, quæ [illegible] horrenda nimis forent, excitarunt: quapropter omittimus, & producti[illegible] illorum caussam exponemus. Porri quidam ex[illegible], qui quanto magis [illegible] fuerint, ac sæpius, tanto maiores turpioresque renascuntur. Non alias [illegible] reducuntur corrosiuis aquis, quæ quidem remedia porris minime conuenientia, quandoque fungos, vel certam similitudinem referentes tumores excitant. Cum itaque per poros naturalis hæc demonstretur, spongiæ vulnerum ortum habent ex pororum fundamento, radiceque: sum huiusmodi sanguinis latebræ tactæ fuerint apertæque, postmodum ex eorum huius mali [illegible] simile quid oritur monstri. Contingere potest etiam, vt aliquot annis postea spongiæ tales e conclusis vulneribus enascantur, cum mihi omnibus earum fons & origo, quæ porrorum & non aliarum vulnerum con[illegible]lusionem ante correctionem aut compescentiam illius virulentiæ, post curam imperfectam emergunt in formam similem. Nonnunquam in glandulas vel napum excreuerunt, minore quam antea periculo. Est igitur Chirurgo summe necessarium, vt illorum accidentium cognitionem habeat, ne quando suscipiat eorum curam, quorum originis & remediorum ignarus inexpertusque fuerit. Hæc non alia de caussa protuli, quam vt ægros ac vulneratos admoneam, ab istius farinæ putatitiis medicis, qui talia curare præsumunt, mere tamen deprauantibus, abstinendum esse, nisi perditum iri cupiant.

Porrorum veh. men[illegible] & cura.

Spongiæ vulnerū cura. [illegible]

CAPVT VIII.

De vulneribus infectis, & venenato ferro, vel similibus armis incussis.

Arma aliquando veneno illita sol[ita].

AN arma, quibus vulnera corporibus inflicta sunt, veneno prius illita fuissent, animaduertendum est summa diligentia. Quamquam & [illegible] & [illegible] dignum est facinus, impiis tamen hominibus in vsu quandoque [illegible], videl[illegible]

delicet pugiones, gladios, tela, & omnis generis arma bellorum, vt veneno linirent, quo praeter vulneris iacturam, dolorem eorum intolerabilem augerent, & aliquando mortem crudelius inferrent. Huius veneficii varia sunt genera meritò subticenda.

Praeter ea, quae in quotidianũ vsum veniunt instrumenta mechanica, nullo studio, vsibus necessariis venena contrahunt eorum quae fecuerint: vt falces ex herbarum variarum in pratis (quarum nonnullae venenum suum innatum, & a natura possident) sectionibus, & ferri calore: tum etiam venenosorum animalium, prout serpentum, bufonum, & aliorum sub herbis latentium cruore sic inficiuntur, vt vulnus aliquod eis contractum instrumentis plurimum caussa veneni sit periculosum.

Vulnus falce [illegible] venenatum [illegible].

Quamobrem in similibus animaduersio particulariter est habenda curationis eorum, & curae vulnerum. Et licet acuitionibus lapide factis nonnihil auferatur istius veneni: non omne tamen eximitur hac ratione, vel alia quapiam. Pariter aratrorum ferramenta venenum ex terrae natura concipiunt, vulneraque venenata faciunt.

Aratri ferramenta vulnera venenata faciunt.

Ferrum siquidem omne recipit in se naturam alienam, vt eius in quod applicatur vsu. Itidem & palae faciunt hortenses, falcesq; minores, at noxiae minus praedictis.

Pala itidem.

Fabrorum lignariorum tamen secures, & omne quod in lignum agit instrumentum, veluti dolabrae, similiaq;, non recipiunt in se hoc vsu venenum, at potius curabilem naturam acquirunt.

At non secures & dolabra.

Vitrum autem ex sui natura venenum est, nec nisi frustum eius aut fragmenta maneant in vulnere, non alias. Verum donec in eo manserint, plurimum inficiunt.

Vitrũ sua natura venenosum.

Quae tamen vulnera ligno fiunt, eo maxime quod manibus indies teritur, vt fusi mulierculārum, pessimum venenum accipiunt a manibus: quoniam sudor liquorq; prauus per ligni cuspidem penetrat, inficitq; plurimum.

Ligna manibus saepe trita venenosa.

Lapides, necnon alia metalla, veneno carent, quod ad vulnerationẽ attinet. Ferrum quid in aliquando suo realgare non omnino repurgatum est, vnde magis alio pariete nocituius contingit.

Lapides non.

Quinam huiusmodi venena queant extrahi, singulatim scribere supervacuum foret: nam secundi Tractatus id recepta perfectissime praestant ex sua proprietate: tu igitur, vt illa habeas.

Animaduertendum etiam tibi, num vulnerum accidentia procedant ex huiusmodi venenis, aut non. Siquidem accidere posset, vt ex veneno iudicarentur, quae nata forent aliunde, tum ista venenis ascriberentur: nam signa parum differunt. Quamuis venenatorũ armorum studio manifestum indiciũ in vulneribus appareat, vt potest color exurens, inflammatissimus tumor, coloris in carne mutatio, nec non alia, literum punctiones, praesertim ex telorum alatis cuspidibus. Si dolor [illegible] nimium praeserit, infunde frigidum oleum vulnerale, post superposito fodicationum vnguento prosequere: sic venenum euinces.

Accidentia vulnerum venenatorum [illegible] dum. Armorũ venenatorum signa.

Alia tamen instrumẽta solis vsibus venenata, non ita crudeliter vulneribus hominem torquẽt, ni forte cruor aut pinguedo bufonis aut araneae simul cũ ferro laedẽs subintrasset in vulnus: tũ demũ vtere medicamẽtis, quae tertii Tractatus rec. pũs cõ.incit.

Venenorum ra & cura.

Capvt IX.

De illis deprauationibus, quae proprie fiunt vulneratorum petulantia, veluti ciborum, potuum, & exercitiorum abusu, tum actu venereo.

Et quanquam practica manualis omni ex parte scripturis exprimi non potest, vt sunt vulnerum conclusiones,& similia:nihilominus dexteritate propria per assiduam experientiam habitum contrahente, discito non contra naturales conclusiones agere,ne monstri quid excites præter naturam,aut excrescere facias.

Signa quæ in vulneribus maxime cognoscenda sunt.

Ignorare nullo modo Chirurgus debet,quæ bona,quæve mala signa vulnerum existant,& quid accidentis immineat,quid illa significent,vt occurrere valeat indies,& obstare. Quandoquidem si corpus sanum ab accidentibus tutum non sit,quanto minus ægrum.Hæc si non intelligis,ipsum te fallis, perdisque patientem, cum resistere non possis accidentibus,artique fidas,quam etiam non calles. En quinam ægros & vulneratos in maius vitæ suæ discrimen ponas, cum idipsum quod contemnis, vulnere longe periculosius existat. Contra cum huiuscemodi prænuncia signa malorum & accidentium tibi nota fuerint, viam illis obstruere facile poteris, laudemque tibi parare non exiguam. Prouenit enim ars omnis ab experientia,iudicioque præmaturo.Quare volatum ne moliaris, antequam plumæ tibi creuerint, hoc est, donec optime didiceris. Nihil hoc loco superbia, iactantia, vel arrogantia prosunt, at ipsa vera scientia. Hæc sentina fuit vitiorum omnium, in hac arte nedum, verum etiam in aliis quod finem exspectare vix e millibus vnus disciplinæ sui voluerit,sed fere semper in magistros euaseruut omnes,antequam veri discipuli dici mererentur. *Vulnerũ signa quæ bona, quæ mala.*

Ægrotis non permiseris quod noxium esse putes: nam solent aliqui petulantia sua curam applicatam etsi felicem peruertere. Cum igitur obedientia possis a multa sollicitudine curaque subleuari, coge si potes,vt obtemperent. Potius fuerit eos lamentari, quam errorem tuum deplorare te, sique sui ruinam indulgentia tua faciam. Euenire sæpissime solet, vt ex permissione vel minima, quam ipse Chirurgus noxiam fore non iudicauit,maximum oriatur damnum, quod sibi dedecus etiam, atque merito contemtũ conciliat,velut artifex ignarus artis. Tam occulta est hominis natura,vt fur aut latro latens in ea percipi nequeat,qui vel minimam occasionem quærit,aut ægro vitam,vel tibi famam deprædandi. Quapropter nimium potius quam parum esto sollicitus.Cum tot & tam varia sint accidentia, quæ circumuallãt hominem, vt omne vulnus ferme diiudicari mortale magis,quam curabile debeat:nam tempus, natura, complexiones inæquales in deterius magis,quam in melius vergunt. Quapropter considera quicquid operi tuo completissime conuenit perfectius, ordinatius & minori cum defectu fabro, latomo, seu lapicida quouis. Hoc ergo quod sequitur Capitulum,summa cum attentione legas & relegas,quo maximam accidentium partem addiscas: tum demum opus aggredere. Quid boni malive tibi succedere possit, hac in re cognoscas oportet:non antea curabis vulnera. Noli donec præ manibus occurrant,expectare mala,tumque prius addiscere,latronique fores, vbi iam intrauit, occludere,sed antea. Sic fiet, vt cum ea iam eminus apparuerint, aut etiam adfuerint, quo resistendum sit illis,notum habeas remedium. *Ægris noxia non permittenda quod & Medico dedecori fuerit.* *Vulnus omne magis mortale quã curabile iudicandum.* *Notanda chirurgia*

CAPVT II.

Qua via rationeq; vulnus curari debeat. Quidnam sit quod curet, quid perdat. Et quid naturale sit balsamum in omnibus corporis membris.

Balſamũ omnibus corporũ membris in ſit, quo læſa ſanantur.

IGnorari minime debet omnibus corporis membris ineſſe balſamum naturale carnis, venarum, neruorum, oſſium, &c. quod ipſis innatum ab initio per naturam, vulnera quæuis illata ſanat. Hoc eſt: naturale balſamum in carne ſitum, naturaliter carnem, & quod in oſſibus, fracturas eorum. Sic de reliquis membris intelligendum erit, vtpote, quoduis proprium in ſe continere medicamentum, quod ipſum quoquo modo læſum perſanat. Eſt igitur natura ſibimet proprius medicus, qui quod in ipſa defi. it, optime reparat.

Natura ſibi medicus. Chirur[...] [...]

Hoc loco ſcitu valde neceſſarium eſt, Chirurgum non ſanare vulnera, ſed balſamum in corpore ſitum hoc ipſum efficere. Quicunque crediderit alias, aut ſibi temere ſanationem vulnerum adſcripſerit, ſeſe, necnon alios miſerrime ſeducet: cum artis propriæ, vel eius quod profitetur, nullam cognitionem habeat. Verum tu vulnerarie medice cognoſcas, cuinam in hoc negotio rei ſis aptus, & quid ars ipſa præſtare valeat, eſt quod audias.

Medicinæ manus in læſionis curandis hoc ſolum eſt officium, vt naturam eo loci defendat ab accidentibus & inimicis externis, intrinſeci balſami; ne per eos inficiatur, aut impediatur, quo minus vires ſuas exercere valeat naturales at potius in illis auxilio Chirurgi corroboretur. Vbi vulnus iam apertum cura diligenti non tutabitur, certiſſimum eſt, illud operationibus naturæ ſolis nullo modo ſanari poſſe, prout decet.

Quapropter is, qui hoc loco defendere tuerique nouerit, Chirurgus erit optimus, eaque ratione protector naturæ nominandus, quod ab externis elementis contrariis atque reluctantibus illam vindicare nouit. Externorum ſiquidem elementorum eſt

Vires elementares natu[ræ] inimica pellenda.

maxima cura, naturæ defectibus maiores adiicere defectus. Huiuſmodi vires elementares inimicæ naturæ, per Chirurgũ optimis medicamentis pellendæ ſunt: hac via poterit comite naturali balſamo felici cum ſucceſſu progredi. Nam vbi defenſionibus iam dictis in ſua quiete conſeruatur & pace, cumque ligationibus iuuatur accommodis, ipſamet operatur, at ſeſe perfectiſſime ſanat, carnem ac ea, quæ neceſſaria ſunt, pro vulnerum facultate creſcere facit. Verbi gratia, Quidnam id eſt, quod carnes, pinguedinem, adipem, ſanguinem, atque medullas ad incrementum promouet? Non homo, non cibus, aut potus. At ipſa natura vegetatiuam & augmentatiuam in ſe facultatem habet, quæ corpus, potu, ciboque mediantibus tamen ſuſtentat: quibus & ipſa conſeruatur & roboratur etiam. Simili ratione pluuia terraque lignum minime producunt, ſed arbor ipſa, non ſine ipſis tamen. A ventriculo ſumatur exemplum hoc. Naturale Balſamum eſt id, quod ſanat, verum, vt hoc efficiat, indiget alimento, eoque duplici. Prius adminiſtrat cibus & potus: vnde ratio victus ordinat (quem *Diætam* vocant) ortum habet. Poſterius exhibet medicamentum vulneribus applicatum, aut ſuperpoſitum, hoc nutrit balſamum, vt eo celerius ac ſolidius ſanet. Eſt igitur vnguentum, aut medicamentum balſami conueniens alimentum.

Nutrimentũ bonum maxime chirurgo attendendum.

Fœtor in vulnerib. ex alimẽto.

Hoc igitur vnicum vulnerario medico reſtat, vt bonum & aptum nutrimentum eligat, quo perfectius ac felicius curet. Si vero hac in re fuerit negligens, aut imperitus potius, vulnera quæcunque prauiora fieri, necnon in accidentia quæuis incidere permittet. Cum etiam perceperis, fœtorem in vulneribus, facile iudicare poteris illa competens non habere nutrimentum, & hac ratione ſuas naturæ balſamum operationes adimplere minime poſſe. Quapropter eſt, quod munda per alimentum conſeruentur vulnera, ne quid in illis putridi fœtidique reperiatur.

Purgationis pariter eſt notanda quædam in vulneribus differentia dupliciter apparens.

parens. Prior ex eorum putrefactione prouenit, altera quidem ex sui prædicto nutrimento: hoc enim excrementum est, illud vero sanies. Balsamum siquidem ab vnguento suum sugit alimentum: quod autem ex eo superest, stercora dat ac immunditiem, vt reliqua ciborum nutrimenta solent.

Purgationum differentia in vulnerib. duplex.

Ex his igitur non est ignoranda conclusio Chirurgis, vtpote vulnera penes purgationem excrementorum, & non sanici fore conseruanda, nec in putrefactionibus. Naturæ contrariũ est medicamentum, quoties vulnera ligaturis fuerint suffocata, recentique nutrimento non sustentata. Huius etiam enormis erroris vestri, vos inter Chirurgos communiter vsitati (quem indies absque iudicio vel arte, sineque successu felici committere soliti fuistis hactenus) eosque præsertim, quos id vitii delectat, monitos hortatosque velim, vt abstineant, scilicet a futura vulnerum, & conglutinationibus ouorum albugine factis, quibus naturam ipsam a sua in aliena in, & ei contrariam prorsus qualitatem contorquetis. Hæc medicina vestra nulubi fundamentum habet. Hoc natura solum in sui sanationem optat, vt a putrefactione protegatur, & medicamento congruo balsamum eius nutriatur, vt supra, necnon vt excrementa vera penes vnamquamque vulnerum a vinculis dissolutionem inuenta sint.

Vulnera penes purgationem ex. . . . . . seruanda. Vulnera ligaturis non debẽt suffocari. Vulnera nõ suenda nec conglutinanda.

Hactenus quid illud sit, quod vulnera sanat, ample satis diximus. Quicquid alias quam auditum est, actum cum illis fuerit, efficiet prauiora, vel ipsa penitus perdet.

CAPVT III.

De vulneribus, quæ morti sunt obnoxia, vel non, aut in contracturam sui membri tendentia.

QVod ad vulnerum naturam attinet, latius cognoscenda sunt illa, quæ mortem inferunt corpori, vel suis membris cõtractionem, & quæ non. Quanquam id cognitu difficilimum est, & incertissimum plurimis: nihilominus pro vulnerum qualitate, Chirurgus ipsum se disponere debet in auxilium, eo loci potissimum, vbi natura sese iuuare conatur, non vt imperitus & ignarus artis eam aggredi.

CAPVT IV.

De his, quæ Chirurgo metuenda sunt in vulneribus, astrorum impedimentis, & meta possibilitatis, eiusque termino.

Accidentia in curatione vulnerũ consideranda plurimum.

ET si plerunque vulnera non sint aspectu periculosa, vel talia non appareant: contrarietates tamen, & accidentia metuenda sunt. Exempli gratia. Si quod vulnus irato, vel cholera fellis commoto fuerit incussum, tale curatu difficilimum erit, ac valde periculosum. Deprauantur enim hoc accidente vulnera sic, vt nunquam prout æquum foret, curari valeant, quousq; fellis irritatio sedata sit omnino, venenumque suum deficerit. Siquidem ad cholerain nullum aliud remedium adhiberi potest melius, quam vt per seipsum quiescere permittatur. Nonnullorum etiam oculi suo sunt infecti veneno, vt aspectu solo vulnus quoduis inficiant: eius etiã finis est expectandus. Cum pleno ventre cibo vel potu, quis vulnus accipit, & præsertim vbi suillas carnes ediffit aut simile quid, eo minus fit sanabile. Pariter agnatæ quæuis infirmitates,

Cholera nullum remediũ. Oculi venefici. Vulnus pleni ventris.

vt epilepsia, puerorumq; morbi curã vulnerum impediunt. In accidentibus huiusmodi cautum esse te plurimum oportebit, maxime quod a natura latius progredi minime datũ sit, anteq; vulneratioñẽ extiterit. Si pariter ad vulnus accesserint infirmitates, *aridura, fistula, cancer, foramina, &c.* non prius natura curã admittit, quã huiusccemodi malorum tollantur genera. Latius igitur agere suscipias, quam se naturæ scopus extenderit. Nam ex istis vulneribus plura nascuntur, quam vulnerum pericula, nempe morborum & plurimarum ægritudinum: oportebit ergo te cautum in his plurimum exsistere.

Vulnera ob infirmitatem a las difficulter curantur.

Cœlorum cursus etiam varius, & operationes eius potentissimæ suis in nos impressionibus efficaciter agunt. Quandoquidem si pestem imprimere cœlum valeat, & vulnus aliquod inficere diuersimode poterit. Ex his colligere debet Chirurgus, ac intelligere, cur vbi cœlum infeliciter fuerit suis in aspectibus dispositum, & eius cura sit infelix. Contra cœlum nihil naturaliter opponere possumus: quapropter in similibus, infelicitatis istiusmodi finis est exspectandus. Interea tamen aliqua mutatio fieri potest, at non efficacior eis, quæ in curis pestilentialibus nonnunquam visæ sunt. Hac de caussa maius ne susceperis onus, quam valeas contra vulnerum inimicitias exsequi, sed mature considera, quales & quantæ fuerint. Si medicamento potentiores exsistant, impotenti validiorem te vincere posse non existimabis. Absit a te iactantia, potius ea, quæ te præstare posse nosti, postremo reserua, quam statim ab exordio proferas: nam fragile vas, & homo bulla est.

Cœli impressiones quid in vulnere agant.

Nonnunquam etiam euenire solet, vt vulnera miram per se naturam ipsa recipiant, non alias quam lignum in signo contrario truncatum vermes concipit, argillaque non congruo tempore de fossa, grillos producit: quod cum in aliquo vulnere perceperis, aliis remediis id euelli vel auerti posse non credes, quam particularibus arcanis quibusdam: vt illa sunt, quæ nonnullis in herbis & seminibus latent, vt lignum vermes non concipere, nec argillam grillos penes quæ fuerint, aut creuerint. His enim latius in similibus vtendum erit, quam communium vsus medicamentorum & curarum habeat. Vulnera sæpius deprauari sub optimo certoque medicamento vel vnguento compertum est, ob cœlestes cursus curam impedientes. Non secus ac tignum sub infelici constellatione tonsum, amplius vegetare non potest, nec insitum aut plantatum quid excrescere: vulneribus itidem (raro licet) contingere tamen aliquando solet. Quapropter huiusmodi cœlestium cursuum disciplinam non abhorreas, at potius conare totis viribus eos discere: ne videaris astantibus vt calcearius, qui totum calceum exstruere nouit præter inuersionem.

Vulnerũ quorundã mira natura.

Caput V.

De vulneribus recentibus, & vtraque medicina sua deprauatis, cum eorum demonstratione, quæ mortalia sunt, aut saltem periculosa.

Ligandi vulnera modus non est ignorandus, vt non deprauentur, & iam deprauata iuxta suam naturam debitis ligaturis inuoluantur. Recentia vulnera summopere tutanda sunt ab accidentibus, quæ damnum aliquot inferre possunt horum enim contemtu, plurimum deprauantur. Cum igitur ista variis & prauis accidentibus obnoxia sint, operæpretium fuerit ea declarare.

Vulnera rite liganda. Ab accidentibus tutanda.

Con-

Consuetum est hactenus istorum labia consui, demum ouorum albumine consolidari, triduoque sub ista ligatura teneri: quod omne deprauationis eorum primum est exemplar. A suturis abstine prorsus, & iuxta secundi Tractatus ordinem huius Libri vulnera per nutrimentum cura, sic primæ deprauationis labem effugies, damnorum in vulneribus radicem potissimam. Si tamen ipsa iam deprauata repereris, a fœtore corruptioneque repurga, prout in secundo tractatu docetur. Iam differentiam habes inter ea, quæ recentia sunt, & illa quæ deprauata, nec non quid cum eis agendum, & qua ratione curanda suscipere debeas. Quod reliquum est, vtere medicamentis in secundo Tractatu descriptis, & infra diem & noctem bis liga, singulis nempe duodenis horis ordinate consuetam nulla ratione prætereundo horam. Si diutius expectaueris, operatio medicamenti propter nutrimenti cõ umtionem euanuerit, & cum ea defensio ab extrinsecis elementis, inde vulnus detrimentum patitur, ac deprauatur. Horam igitur obserua diligenter in finem vsque. Cum tamen consolidationi propinquum fuerit, poteris vigesimam in horam tardare, verum huic non tum nechdas.

Ligatura chirurgorum prima erronea.
Vulnera non consuenda.
Repurganda.
& bis liganda.
Hora ligatura certa obseruanda.

Primæ ligaturæ deprauationem ouorum pultibus & sutura factam, altera mox indesequitur hæc. Resinis vtuntur in altera ligatura, quandoque cera non præparata, seuo & oleo mixta: nonnunquã æris viridi, mastice, thure, gummi. &c. quæ ob nimium calorem non cõueniunt recentibus vulneribus, nec alimentum præbẽt oportunum. Sugunt igitur ab his vulnera succum valde noxium: quo fit vt nulla sit operatio naturæ, sed contra seipsam cogatur agere, nunc tumorem, iam corruptionem, tremores cum frigore caloreque, inflammationes, aut puncturas membrorum, & similia. Cum ergo tibi tale vulnus oblatum fuerit, vt prorsus deprauatum desperatumque suscipe curandum, & statim illi, quæ mundificant, applica medicamina. Vulnera quædam aliquibus illata mortalia sunt, aliquibus non: aliquibus etiam temporibus, non aliis: quæ posteriora tamen aliquando mortalia fiunt accidentibus. Quapropter fallax est admodum iudicium, quo conatum est quoduis ad mortem aut ad curam vulnus agnosci posse. Quædam tamen illata principalioribus membris, vt cerebro, quibus hoc minatur exitum, circa regiones cordis, tanquam desperata poterunt existimari: nam illæsa confinia sua cor cupit. Vulnera vesicæ pariter, & intestinorum, quæ transitum excrementorum naturalem effundunt in ventrem. Item pulmonis arteriæ, totiisque respirationis eius, quæ ceruicem truncant omnino, vulneraque sicca ad cordis regiones vsque redundantia, cum sanguine congelato possunt ad mortem magnosci: necnon alia multa propter accessum alicuius accidẽtis mortem alias inuehentis, vt in pulmone iecoreque. Splenis etiam periculosa vulnera, pariter quæ fel aperiunt, ac illa quibus, vt fodicationum ictibus, venæ iecur & stomachum interfitæ truncatæ fuerint. Quæ vitæ musculum confodiunt, in loco vitæ præsertim existentem. Quæ membris extensis plurimum & expansis infliguntur, hoc est, dum quis membrum vi quadam extenderit, ac in eo simul vulnus receperit, cum reliquis quæ dicta, mortale, non æque tamen habendum est, at minus periculosum.

Ligatura secunda cur ob ea generet deprauatus quando curandus.
Vulnera quibus & quando lethalia.
Lethalia illata, Cerebro, Cordi, Vesicæ, Pulmoni, &c.

Euenire solet etiam, vt propter situm aut contorsionem corporis, intrinsecus ordo naturalis deformetur, & venæ præter consuetudinem dispositæ sint, eo tempore si vulnus illatum fuerit, ad mortem iudicari poterit. Aliquoties impinguntur vulnera, quæ repentinam inferunt mortem, & alia quæ apoplexiam, aut simile quid morbi mortalis, itidem ea mortalia sunt. Alias ob influentiam in vulnus incidentem, id est, ob signum aut cœleste sydus infortunatum.

Nonnunquam ob nimium timorem: Sæpius ob curæ negligentiam. Et quandoq; iuxta mortis occasionem irrumpentis, mortale vulnus efficitur.

Vulnerũ grauissima symptomata

Obseruandum etiam est, vulnera capitis maniam producere: venarum, visus & oculorum cœcitatem: cellarum aurium, surditatem. Si genitalia lædantur, aut ad mortem, vel in sterilitatem iuxta læsionē accidisse putandum est. Sunt quædam loca, quæ læsa loquelam etiam impediunt. Vulnera quæ per transuersum illata sunt, cum truncatione venarum, ad contractionem illius membri vergunt. Si hemiplexia in vulnus aliquod inciderit, membrum quodcunque sit, contractum reddit. Neruus omnis læsus, qui balsamo suo priuatur, contractionem caussat. Cum vulnus arripit aridura, pariter contractum membrum efficit. Sunt & alia multa variaque vulnerum contractionem caussantium genera: veluti cum ligamentorum truncatæ radices fuerint, aut earum venæ, totum membrum contrahunt. Variæ contracturarum caussæ præter eas quæ dictæ sunt, ac locis illarum contrariæ, nihilominus etiam contracturam adferunt, a temporibus, & aliis accidentibus, quarum origo describi non facile potest. Est enim homo tot inuolutus miseriis ex corrupta sua natura, vt non sit opus ei temere se ipsum in illas profundius coniicere (quod plerique male sani faciunt indies:) nam ipsa pronior in deprauationem, quam in emendationem est: quo fit vt omnibus istis accidentibus resistere non sit humanarum virium, nec artis. Non enim potest Medicus contra impossibilitatem ipsius naturæ quicquam adferre, sed solum quod permiserit adiuuare. Hoc vero Chirurgi fundamentum fore debet. Quanquam aliquoties medio medicamento prouenitur contracturis, aliisque similibus accidentibus, vbi tamen ipsa natura medicamentum ad curam receperit, alias non curat medicus, vt in secundo Tractatu dicetur amplius.

Contracturarum caussa.

Tumores vulnerũ vt curandi.

Tumores calido rosarum aceto curabis, reiecto prorsus & abiecto cupreæ capsulæ vnguento albo. Postquam vulnera mundificata fuerint, curentur vnguento fodicationum, in finem vsque.

De glarea vulnerum.

Aqua glarealis.

Ex cuprea capsula Chirurgorum oritur alia deprauatio vulnerum, vtpote glarealis aqua. Statim atque hanc perceperis, capsulam eiicias per fenestram, & cura fodicationum vnguento, & aceto rosarum calido, prosequereque, propter membri calorem & inflammationem: quibus ablatis, ad mundificationem te conuertas, vt supra, post vnguento fodicationum comple, donec ea concluseris. Hoc certissimum habe, vulnerum curam veram nulla putrefactione fieri debere, sed medicamentis, quæ eam arcent & amouent: ea namque sanant vulnera, consolidantque. Quicquid curare debet, proprietatem salis in se continere necessum est, quod vt balsamum extrinsecum, putrefactionem arceat: hoc ipsum oportet esse temperaturæ naturæ, compositum ex eis, in quibus nutrimentum reperitur membri vulnerati verum, tam carnis, quam neruorum, ossium, &c. Isto curabis feliciter, alias non.

Curare quod debet salis proprietatem habeat.

Capvt VI.

De vulnerum accidentibus a temporibus, & cœlestium cursibus expressis, & aliis incidentiis.

Cœlũ influentiis suis varios morbos producit.

Manifestum est influentiis & suis impressionibus, cœlum varios morbos producere, iuxta varia sua tempora, sanosque plurimum inficere, vt isti tueri sese ab

eius incursibus minime valeant,at humiliter succumbere cogantur. Cum igitur bene habentes vincat,quanto magis vulneratos. Et veluti febres diuersas in sanis gignit,in vulneribus etiam eas imprimit, quæ paroxysmorum temporibus operationes suas in vulneribus exercent frigore caloreq; sæuientibus, iuxta febrium proprietates, quotidianarum vel tertianarũ:quæ non recedũt ab hominibus,donec sanata sint vulnera. *Febres vulnerũ.*

Suo tempore contingit vt pestilentia sæuiente, morbus hic se manifestarit in vulneribus vlceris instar, & cum frigore caloreque primum inceperit,qua nonnulli correpti fuere, qui tamen alibi per totum corpus nihil præterquam in vulneribus fuerat o:tum,senserunt. *Pestis vulnerum.*

Euenit etiam aliquoties inter milites, vt in vulneribus angina sit orta, non alias quam in lingua solet cum signis omnibus, & crassa cutis a vulneribus exierit, prout lingua consueuit auelli. Innumerabilia sunt accidentia similia, quibus eisdem ordine medicamentisque obseruatis,vt in suis locis affuetis,etiam in vulneribus medendum est. Eodem namque medicamento quo linguarum anginæ, vulnerum anginæ curatæ sunt,nec alia via potuissent a vulneribus expelli,quam eisdem,quæ contra pestem aut anginam applicantur. *Angina vulnerũ.*

Sæpius etiam contigit, vt vulnera sanguinis profluuium eiecerint, qui verus non fuit sanguis:hũc nulla medicina sistere potuit. At cum eo tẽpore dysenteria sæuiret,in illis regionibus & excremẽta profluẽtia pariformia forent illis,quæ manabãt e vulneribus, exitumq; facerent non dissimilẽ, imo prout secessus redirent,in omnibusq; responderent, collectum est & conclusum,vt idem quod applicatur dysenteriæ medicamentum,istis vulneribus adhiberetur: quod etiã factum est. Hæc & similia Chirurgo sunt optime consideranda: nam cum ea mihi contigerint, in aliquot vulneratis pluries euenire possint,ac pluribus. *Profluuiũ sanguinis in vulneribus. Dysenteria vulnerũ.*

Mineralium metallorumque fossorem vulneratum præ manibus habui curãdum, qui tremore maxima ter aut quater quolibet die concussus fuit, contractione conuulsioneque membri huc atque illuc actus ad quartam horæ partem. Statim atque potandum oleum exhibui,bibitque,melius habuit. Verum vbi liquorem vitrioli haustisset ore,curatus est: siquidem species epilepsiæ fuit. Hæc a me tantum dicta sint,vt si forte similes amplius ægritudines oriantur: cognosci queat,plus ibidem vno damno, periculosa quædam accidentia fore. *Liquor vitrioli curat epilepsiam.*

In similibus itaque recurrendum est ad medicinam intrinsecam, quamuis optime conueniret, vt Chirurgus per se talia curare sciret accidentia,præter aliorũ auxilium.

Ex aduerso, plerunque per vulnera generantur infirmitates,non tamen situm habent in illis,at veræ sunt infirmitates intrinsecæ,veluti mania, epilepsia,&c. Quæ quidem ægritudines,licet persanata sint vulnera,nondum abeunt, at remanent. Qua de re deb:t alius hoc loco processus, & curandi modus excogitari,quo medicamentum inueniatur prorsus alienum a Receptis, cuius hactenus inter medicos & Chirurgos pauca vel nulla notitia fuit. *Vulnera plerunq; generant infirmitates.*

CAPVT VII.

De morbis occultis in corpore cum vulneribus sese permiscentibus, e quibus cancri,fistulæ,lupi,frigidæ calidaq; nascuntur vreuines.

scilicet pugiones, gladios, tela, & omnis generis arma bellicarum, vt veneno linirent, quo praeter vulnera a ra, dolorem eorum intolerabilem augerent, & aliquando mortem crudelius inferrent. Huius ven. fiebat varia ... genera merito subticenda.

Praeter ea, quae in quotidianũ vsum veniunt i... strumenta mechanica, nullo studio, vsibus necessariis venena contrahunt eorum quae fecuerint: vt falces ex herbarum va riarum in pratis (quarum nonnullae venenum ... innatum, & a natu. a possident) sectionibus, & ferri calore: tum etiam venenosorum animalium, prout serpentum, bufonum, & aliorum sub herbis latentium cruore sic inficiuntur, vt vulnus aliquod eis contractum instrumentis plurimum caussa veneni sit periculosum. *Vulnus falce ... ...*

Quamobrem in similibus animaduersio particulariter est habenda curationis eorum, & curae vulnerum. Et licet acuitionibus lapide factis nonnihil auf. ratur istius veneni: non omne tamen eximitur hac ratione, vel alia quapiam. Pariter aratrorum ferramenta venenum ex terrae natura concipiunt, vulneraque venenata faciunt. *Aratri ferramenta vulnera venenata faciunt.*

Ferrum siquidem omne recipit in se naturam alienam, vt cius in quod applicatur vsu. Itidem & palae faciunt hortenses, falcesq; minores, at noxiae minus praedictis. *Pala itidem.*

Fabrorum lignariorum tamen secures, & omne quod in lignum agit instrumentum, veluti dolabrae, similiaq; non recipiunt in se hoc vsu venenum, at potius curabi lem naturam acquirunt. *At non secures & dolabra.*

Vitrum autem ex sui natura venenum est, nec nisi frustum eius aut fragmenta maneant in vulnere, non alias. Verum donec in eo manserint, plurimum i ficiunt. *Vitrũ sui na ura venenũ.*

Quae tamen vulnera ligno fiunt, eo maxime quod manibus indies teritur, vt fusi muliercularum, pessimum venenum accipiunt a manibus: quoniam sudor liquorq; prauus per ligni cuspidem penetrat, inficitq; plurimum. *Ligna manibus ... ... venenosa.*

Lapides, nec non alia metalla, veneno carent, quod ad vulnerationẽ attinet. Ferrum quid ... aliquando suo realgare non omnino r. purgatum est, vnde magis alio perio- re nocuiuus contingit. *Lapides non.*

Quin iam huiusmodi venena queant extrahi, singulatim scribere superfluum foret: nam secundi Tractatus id recepta perfectissime praestabit ex sua pro... r. ... igitur, vt illa habeas.

Animaduertendum etiam tibi, num vulnerum accidentia procedant ex huiusmodi venenis, aut non. Siquidem accidere possit, vt ex veneni ... iudicarentur, q ... nata forent aliunde, tum ista venenis ascriberentur: nam signa parum differunt. Quamuis venenatorũ armorum studio manifestum indiciũ in vulneribus appa... t, vt pote color prodeunte, exurens, inflammatissimus tumor, coloris in ... ... mutatio ... confusa, laterumq. punctiones, praesertim ex telorum alatis cuspidibus. Si dolor huius ... ... nimium praestiterit, infunde frigidum oleum vulnerale, post superposito fodicationum vnguento prosequere: sic venenum euinces. *Accidentia vulnerum vnde ... ... dum. ... ... venena ... ...*

Alia tamen instrumẽta solis vsibus venenata, non ita crudeliter vulneribus hominem torquẽt, ni forte cruor aut pinguedo bufonis aut araneae simul cũ ferro laedẽ... subin crasset in vulnus: tũ demũ vtere medicamẽtis, quae tertii Tracta... ... rec. ... cõtinẽt. *Ven... ... ra ... ... Aliorũ.*

CAPVT IX.

De illis deprauationibus, quae propriè fiunt vulneratorum petulantia, veluti ciborum, potuum, & exercitiorum abusu, tum actu venereo.

LIcet Chirurgus omnem diligentiam, & ex arte vera probatissima quæque medicamenta vulneribus adhibeat, vt his de caussa nihil ad sanationem requiratur perfectissimam: nihilominus poterit æger sua petulantia totum hoc opus excellentissimum, & naturam ipsam peruertere. Quod sæpissime contingit, vt videlicet ex inordinato suo regimine, vulnerati sui membri sibi concilient aut ariditatem, vel contracturam ægri, vel accidens aliquod in vulnere: quæ non euenissent, vbi sub obedientia Chirurgi se continuissent: aliquoties etiam ipsi propriam suæ mortis caussam excitant. Hæc non sine maturo iudicio considerata sunt, vt cognoscatur, vter in his culpandus veniat, æger an medicus. Ægri petulantia naturam irritat, vt non amplius in bonam dispositionem redeat, ad quam prona prius fuerat. Idque tum ex actu Venereo patet, eo nempe sic vulnus accendi, vt in quoduis accidens incidere pronum sit, iuxta situm eius. Quapropter est, quod hoc ex vulnere cognoscere discas, & præuenire. Nam sæpius contigit ex hoc vsu vulneratis, vt sibimet in vulnere Persicum ignem conciuerint: qua de caussa vel totum oportuit membrum aliquoties amputare, vel aruit, vel mortales febres accesserunt, aut apoplexia, vel alia morti plurimum obnoxia. Id in his tibi summe notandum erit, cum violentum accidens petulantia contractum diligenti cura superare non potueris, vt rabiem hanc quiescere permittas ac sedari: tamen diligentiori studio curam interea prosequaris.

Diæta inordinata incommoda.

Petulantia ægri naturam irritat.

Venus vulnera accendit.

Non alias ex inquietudine vulnerati membri, plurima possunt accidentia (non ita periculosa tamen, ac illa, quæ ex actu Venereo proueniunt) oriri. Nihilominus ex ea nonnunquam vulnera contrahunt alterationes ad incendium inclinatas, vel febrem vulneralem, aut contracturam, vel cum frigore, tremore & calore, similiaque multa. Quietem igitur vulneratis impera membri læsi, ne contemtu huius quid peius oriatur.

Vulnerati membri inquietu ac plura accidentia accersit.

Ciborum & potuum rationem præscribe, ne quid edant aut bibant, quod vulneri præiudicium adferat, neve se his aut bonis obruant: nam omnis repletio perdes infirmos naturam infestatque modum, atque mensuram postulat, potissimum vbi defectus in corpore fuerit, quo melius ei resistere valeat. Contra si prædictis obruta sit, in choleram & irritationem commouetur, iuxta quarum naturam per totum corpus diffusa sæuit: quæ sæuitia tremorum, febrium in vulneribus, aliorumque pessimorum accidentium est potissima caussa.

Repletio naturam vulnera eorum infestat.

Vt hæc igitur euitari queant, æquum est Chirurgum vulneratorum non aspicere personas, at miserias & calamitates, quæ sequuntur inobedientiam eorum.

Chirurgus non sit acceptor personarum.

Ex coitu nonnunquam oriuntur accidentia periculosissima, prout apoplexis, subitanea mors, epilepsia, hydropisis, &c. quæ curam non recipiunt, at in mortem tendunt.

Coitus vulneratorum accidentia periculosa.

Exquisitio ciborum & potuum particularium non est contemnenda. Nam si per cibos & potus ordinatos ad vulnera, curantur vulnerati, si etiam potibus & cibis incongruis perduntur. Bono malum enim semper est promtius propiusque.

Diæta commoda.

CAPVT X.

De natura & proprietate accidentium, quæ ex ægrorum propria natura & complexione procedunt.

QVod vno curabilior alius reperitur, aut ad sanationem tardior, apprime Chirurgus considerare debet, ne latius quam ipsamet natura valet, progredi conetur.

Aptius

Aptius operi lignum eſt alio, vel iſto nodoſius, durius, aut reluctantius aliud, quoquo verſum arripiatur, attamen cum tempore dolatur omne. Sic etiam cum hominibus. Ex terra quidem ſumus omnes, in qua durum, ineptum, aptum habetur, & molle: quapropter id, quod in ipſa reperitur, illa continent quæ producit. Cum igitur natura talis aut alia ſuis in proprietatibus durior aut mitior occurrit, tenere naturæ Chirurgi probum eſt officium, a ligno ſumentis exemplum, vt ſupra.

Homo homine curabilior.

Efficit etiam aliquando vulneratorum delicata natura ſua, mortalia fore vulnera, quæ ſanabilia forent in aliis. Eſt enim admiranda penitus in humano genere natura, varieque diſtincta, vt ſumma conſideratione ſit opus, vbi ſingulare corpus oblatum eſt, particulares etiam eſſe curas aſſumendas. Ratio hæc mihi dedit occaſionem, putat tironum Chirurgorum artem & medicamina reiiciendi, quod in vno corpore ſui data ſint, poſtmodum in decem aliis nihil operentur. Hac de cauſſa remitto vos ad ſecundi Tractatus recepta, quæ cum habueritis, dolabram quibuſvis aptam lignis poſſidetis, licet in vno quam in altero celerius agentem, ſuo tempore tamen in omnibus. Tarditatis etiam huiuſcemodi cauſſa non eſt mutandum medicamentum, at ſolum tempus exſpectandum.

Natura delicata vulnera minus curabilia reddit.

Tarditas in cura cauſſa medicamentum non mutandi.

Videat igitur Chirurgus, & diligentiſſime curet, ſimile medicamentum aſſequi poſſe, quod non vni carni tantum, ſed omni ſit aptum & idoneum, aliaque relinquat, quæ hactenus in Chirurgia tantas attulere tenebras, vt ſemper opus fuerit immutari, nunc in hoc, iam in aliud: nec tamen ad artis perfectionem aut fontem peruentum eſt.

Capvt XI.

De vulneribus, quæ poſſunt in mulieribus offerri, ſeſe menſtruis permiſcentibus.

PRætereundum non eſt, quod in vulneribus mulierum accidere quandoque potest, vtpote naturalis eruptio per illa menſtruorum profluuii, quo tempore periculoſiſſima concurrunt accidentia, prout epilepſia, vel ſpecies eius, quæ non prius quam ſit optime ſedata matrix, a patientibus recedunt. Vulnerum inde fiunt accidentia multa, nempe calores acerrimi, contracturæ, dolores capitis, reſtrictio pectoris, potus & cibi nauſea: quæ omnia curam infelicem atque periculoſam reddunt. Vt hæc tollantur accidentia, neceſſarium eſt, vt menſtrua naturalem exitum faciant, & medicamina tum demum operari feliciter poterunt. Mulieribus etiam agnata peculiaris inſt cholera, quæ ſi occurrat, multo periculoſior eſt menſtruis: nam ex cholera generantur contracturæ per totum corpus: quibus excitatis commouetur & matrix: concurrunt itaque duæ ſimul infirmitates, quarum vtraque particularia ſua producit accidentia, prout contracturas vel paralyſin in manibus pedibuſque, tum ex matricis aſcenſu, species epilepſiæ. In his notandum eſt, omnes illas infirmitates per vulnera moliri tranſitum: quapropter conſiderandum eſt, qua ratione ſedari mater debeat, & amoueri contractio, tandem curari vulnus. Huiuſmodi concurrentes infirmitates non facile remouentur, at plerunque perſeuerant in mortem vſque: & ſi remedium aliquod adhiberi poteſt, longo ſucceſſu temporis id fieri viſum eſt, quamobrem ab exordio, vel ante præueniendum erit.

Menſtruorum eruptio per vulnera, quæ concitet ſymptomata.

Mulieribus agnata cholera quando. Cholera quos morbos creat.

Matricis ſedatio.

CAPVT XII.

De signis in vulneribus & vulneratis apparentibus: quid significent, & quid inde sequatur.

PRiusquam accidens aliquod in vulnus incidat, apparet in eo signum: est itaq; Chirurgo necessarium, vt a signis præcedentibus cognoscat subsequentia, quo vulnera quanto lenius fieri poterit, curet. Si tamē vltra diligentiā contrarii quid præter medicaminis vsum & consuetudinem eueniat, accidens aliquod exspectandū est. Hoc igitur Capitulo signorum tractare significationes & intellectū proposui: quod in Chirurgia summum arcanū existimo, & ipsemet expertus doceo: quodq; sciam neminē diligenter obseruantem ea, quæ describam, falli re posse, licet a nullis hactenus Medicis aut Chirurgis prolata sint. Æquum est, vt si noui quid in his, quæ Rempublicam iuuare queant, ab aliquo sit expertum, in medium adferatur.

Signa in chirurgia summum arcanum.

Tumores vulnerum.

Si vulnera quatuor membrorum, vtpote scapularum, in iuncturis potissimum, brachiorumve, necnon coxendicum & crurum tumorem cum dolore concipiant, iuxta mutationes temporum aucto vel diminuto, aut secundum lunæ quartalia, plenæ præsertim & nouæ, tum ante mediam noctem intendatur acrius, in aridutā tendunt, post conclusionem effectum consecuturam.

Tumores vulnerū.

Vulnera quæ facile curam admittunt, nihilominus tumorem iuxta se tendentem ad manus vel pedes, aut retro sum ad iuncturas emittunt, qui durus fiat admodum, & conualescente vulnere non minuitur, imo dolorem in se recipit eminem indicant ibidē accumulari corruptos humores qui magis quam ipsa vulnera vicinis membris obsunt, carnesq; nedū & venas, verum etiam ossa putrefaciunt, fistulas & foramina multa producunt, vt inde post incurabile damnum oriatur.

Glarealis aqua vulnerum.

Cum viscosus liquor ad albumen cui profluit a vulneribus, indicat accidens periculosissimum, vt membri totius & medullarum exsiccatio, cui nemo potest obstare, nisi liquor ille iusto pondere fuerit membro prorsum aliqua medendi ratione restitutus, alias exsiccatur, vt lignum ab arbore sua truncatum: quod quidem accidens aridura vocatur.

Glarealis aqua vulnerum. Aridura quid.

Inquietudo membri vulnerati patientisq;.

Vulnus omne, quod patienti somnum impedit, ac prorsus aufert, ipsum etiam quiescere nequit, hisq; laterum accedunt punctiones, indicat mortis occasionem adesse, præsertim vbi sitis intolerabilis patientem cruciet. Verum animaduerte ne forte id ab incongruo medicamento proueniat: loquor solum hoc loco de naturæ defectibus.

Membri vulnerati inquietudo.

Turbatus intellectus.

Spasmus in oculo cum apparuerit, linguæ balbutiēs, & ad interrogata nulla vel aliena ob turbatum intellectum responsio, mortem indicant, potissimum si deprauetur auditus.

Turbatus intellectus.

Mania.

Mania.

Si toruis intensisq; homines oculis aspiciant, alacris tamen eorum sermo sit, vox *Mania.* acrior solito, & si in astantes accendantur, capitisque sit calor maximus, maniam aut furiæ speciem instantem significant, iuxta qualitatem eorum quæ dicta sunt.

Si vulnera postmodum aquam emittant, ac ab excrementorum eiectione sui nutrimenti cessent, curamq; non admittant interim, aut sanationem, in cancrum, fistulam, *Cancer. Fistula. Mors.* aut vlcerationem tendunt: vel si turbatio concurrat intellectus, cum debilitate membrorum, aut pulsatione cordis, mortem indicant.

Vulnere sanationem optime recipiente, si corpus aggrauetur, & eo magis, quo bene sit vulneri, mortis etiam est indicium. Cum vulnerati stridorem dentibus edunt, suiq; fiunt immemores, indicant mortis occasionem aduenturam: nisi fortassis vermes in eis postmodum inueniantur, tum demum se res melius habet.

Cum ore spumam eiiciunt, anhelitumque fortiter attrahunt, ac naribus strepitum emittunt, spasmo pariter oculos, manus & pedes infestante, contractionũ, aut epile- *Contractura. Epilepsia. Mors.* psiæ, vel subitaneæ mortis est iudicium, præsertim vbi seipsos incuruant, corporaq; suato quent.

quod aufertur, putrefactione rebusque separantibus, vt supra fieri debet. In Chirurgia igitur, corrosiua nullius valoris exsistunt, eorum vero loco hoc emplastrum est vsurpandum. ℞. *Mellis sylnestris libram, aloepatici ℥ j. ß. aluminis adusti & in aceto exstinctis aliquoties ℥ j. vitella ouorum numero xx. terebinthinæ lib. ß.* permisceantur in pultes omnia, & bulliant in sartagine, donec emplastrum croceum & obscurum fiat. Hoc vtere: nam venenum attrahit, & mundificat. *Corrosiua in chirurgia nullius sunt valoris.*

Potest etiam emplastrum hoc, vt omnia, cum gummi iuxta modum Apostoli[c]onis coqui, & optime mundificat. Nam absque melle, gummi, ouis, terebinthina, ly[c]ha[…]gyrio, cera & oleo non potest vllum vlcus mundificari. Hæc omnia Chirurgus iuxta necessitatem & respectu vniuscuiusque patientis & morbi, debet quinam ordinanda sunt, cognoscere, non in vno permanere semper. *[…] cor[…] rum.*

CAPVT VIII.

De cura morbillorum erronea, quæ fit per adustionem.

NOnnulli solent adustionibus vti, quod vt corrodere fatuum est: nam ferrum vel aurum nihil ad rem adferunt. At medicamento solum, vt supra de corrodentibus opus est. *Morbillorum cura per adustionem.*

CAPVT IX.

De incisionibus.

EX ignorantia simili Chirurgorum imperitorum incisiones ortæ sunt, quibus nouam ad veterem infirmitatem adduxerunt. Dum putant antiqua recentibus loco cessura, noua curant veterum obliti. Verum hac via tam possibile foret morbos in albam adducere conditionem, ac albam cretam ex carbonibus facere. Quamuis ab incisionibus huiusmodi curæ nonnunquam promoueantur, nihilominus corrosionibus aut illis ne pilo meliores exsistunt. Verum est, quod ex abundanti sanguinis effusione curæ possint accelerari, quod accumulatus & infectus ille sanguis effluat. Nulla ratione tamen fieri deberet, at solum per medicamenta, prout supra de corrosiuis habetur, curandum est. Ratione sanguinis venæ sunt aperiendæ, quæ ex damni radice profluunt, & vlceribus affines exsistunt, vt ex phlebotomiarum ordine cognosci potest. *Incisiones in morbillis nõ adhibenda.*

CAPVT X.

De cauterisatione pustularum ex morbillis.

PVstularum ex morbillis prouenientium cauterisationis vsus etiam est ineptissimus: tamen admittendus magis, quam illæ quæ præcesserunt operationes ob calorem, qui hac via frigore gelidis locis introduci potest. Contra, quia membra possunt exsiccari, & humores eorum absumi, non facile cura similis est assumenda: solum in his vbi dolores congregantur absque fluxu sub loco, in quo dolores exsistunt, ea conditione tamen, vt post apertionem pustularum, attractiuorum applicatio fiat, vt infectio quæuis extrahatur. Cauterium in pustulis per se medicamentum non est perfectum, at apertio tantum, cui medicamentum infirmitati congruum (hoc scilicet) applicari superponique debet. *Morbillorum pustulæ non cauterisanda.*

Attractiuum potentissimum ad cauteria. *Attractiuum ad cauteria.*

℞ *Viridia pinnacidea abietis numero xx. coquantur in resinam, vt superius dictum est.*

Huic terebinthinæ tantundem adde, & alterutrius medietatem resinæ foliorum: coquantur simul in mixtionem.

Aliud quod nihil relinquit.

℞. *Gummi opopanaci* ℥ ß. *galbani, a: moniaci ana* ℥ ij. *bdellii* ℥ iij. *soluantur in aceto, cola*, & in emplastrum reduc, huic impone *rheubarbari* ℥ *duas, colchiconis* ℥ ß. *galbani, sarabis ana* ℥ ß. terantur & immisceantur.

Capvt XI.

De cura morbillorum per sudorem.

Morbillorum cura per sudorem.

NOnnullæ morbillorum species curantur sudoribus. Non tam efficaciter cum theriaca, vel aqua pestilentiali, atq; fit, cum ipse Mercurius sudorem excitat: tum demum in sanitatem eius hominis id futurum est certissimum. In aliis sudoribus non est fidendum, quam a natura vel Mercurio pulsis hoc medio. ℞. *Mercurium cum stanno coagulatum, & postea minutissime tritum, & in aureum vas profundum satis positum, ita mergatur in acetum acerrimum & vinaceum, cui quidem ardens aqua rectificata prius affundatur: accendatur & aduratur aliquot vicibus*: hac operatione Mercurius viuum, & stannum in oleaginitatem reducuntur. Hanc serua. Dosis eius est granum vnum in optimo vino veteri potum. Postmodum sudor imperetur in lecto, odorque seruetur & experientia.

Capvt XII.

De ligaturis per rotulas.

Ligaturarum rotulariũ quis vsus.

ROtularium vsus ligaturarum est potissimum ad crura, quibus vlcerum fluxiones retinentur. Eorum ad interiora nullus est vsus, at ad fluentia solum. In his metuendum est, ne retenti fluxus accumulentur in corpore, ac ibidem generent apostemata, post indubie mors irruat. Huic solus præuenit malo Mercurius laxus, qui resoluit apostemata morbillorum fluxuum in corpore congregatorum. Ligaturæ similes retinent fluxiones, at contra sunt apostematum internorum origo, tum etiam post curam eruptionis. Duo hæc per Mercurium laxum modo, qui sequitur præparatum, euitantur accidentia.

℞. *Mercurii puluerem, per ouorum aquam toties actam, vt coaguletur.* Huius dosis est ℥ viij. cum optima confectione: fluxus ex ligaturis rotularibus, aut alia via simili congregatos aufert. Sæpius tamen administrandus est.

FINIS CHIRVRGIÆ PARACELSICÆ.

AVRE-

AVREOLI THEOPHRASTI PARACELSI TRACTATVS PRIOR De Contracturarum Origine.

CAPVT I.

MVLTIGENVS inter homines contracturarum numerus me summopere mouit, duos de contracturis in præsentiarum tractatulos in lucem edere, partim in Chirurgorum vtilitatem, vt ex his earum originem & curam addiscere valeant: partim, & potissimum, vt patientibus melius tutiusque subuentum sit. Inprimis de Contracturis ex læsione dicemus. Earum ergo differentias quintuplices esse reperi, quarum quidem omnes, & per se quamlibet membrorum connexionem modo curabilem, aliquando prorsus incurabilem efficit. Singularum quæque suam originem habet, sed non sunt vnius & eiusdem omnes principia, per eandem viam ad locum diuersum, & diuerso modo perueniunt, vnaquaque pro suæ naturæ proprietate, sicuti suis capitulis infra dicetur latius. Illa quæ [illegible] ex [illegible] corporis, [illegible] omnium pessima, de qua primo tractandum etiam esse duximus, externis accidentibus fit, vtpote verberationum vel fodicationum ictibus, casu, vel alias diuersimode, iaculis, telis, bombardis, abscissionibus, fractionibus, &c. Quandoque propter constipationem in carne, quæ nutrimentum impedit, contracturæ fieri solent, vel aridura, quarum suo loco mentionem facimus, vbi de aridura loquimur. Similiter accidere solet propter venarum obstructionem, quæ nutrimento suum transitum impediunt, non per naturam, sed accidentibus extrinsecis, vt si cuipiam venæ truncatæ fuerint, nisi per cōpetens medicamentum in vulnerum cōclusione rite iungantur, quod vias atque meatus omnes aperiat: ex alteratione pororum & meatuum in arteriis, oriuntur contracturæ. Sæpius etiam euenire consueuit, vt propter abbreuiationem alicuius membri, vel curæ defectum (quod plerunque fit ex medicamentorum impertinentia, sicuti loco de vulneribus habetur) contractura nascatur, cuius cura sub ante dictis accidentaliter factis continetur, quia caussa per quam lapsus iam factus fuit, carnes & venas destruxit, atque mortificauit, vt nerui prorsus in seipsis deficiant membroque [illegible] vires adhibere valeant, vnde ipsum etiam deficere cogitur: quod patebit clarius, vbi de cura per quam mortificata membra quæque refocillari, viuificarique rursus possunt, agetur in posterum.

Contractura ex læsione quintuplex.

Contractura ex læsione omnium pessima, & vnde fiat.

CAPVT II.

De contracturis ex tartaro calculove prouenientibus.

OFficitur & alia contractura, quæ procedit ex calculo vel tartaro, sub cingulo duntaxat regionem habens, doloribus quandoque maximis præcedentibus, totam [illegible] corporis plus mediam partem intercipit, insensitiuam & immobilem reddit. Nonnunquam in ventre solum torminibus intestina contrahit, quod externe videri nequit. Aliquando nates & fundamētum arripit, dorsum incuruat, & femora, feminaque [illegible] per genua, tunc in fundamento contracturam facit. Aliquoties vsque ad ipsa

Contractura ex tartaro vel calculo.

genua extenditur, & crura postmodum totam corporis partem sub cingulo contractam, impotentemque reddit omnino. Iam de huiusmodi contracturarum origine loquemur, calculi relinquentes originem, aut renum & vesicæ tartari, quæ licet istarum sint contracturarum exordia, libro de Lithiasi tamen, & arenis abunde satis explanantur. Arena & lithiasis in spiritu rerum, in sanguine, & in omnibus, quæ concavitates habent, existunt, præsertim in renibus, & cum sanguine per totum corpus expanduntur. Vbi iam ista materia congelata, vel ad congelationem eo loci, quo se recepit, ex sua natura proprietateque disposita fuerit, spiritus vitalis & humor vitæ cordisque (in quo sumit exordium) qui ad femora, crura, pedesque totos pertinent, (cum per totum corpus diffusum sit (eiusque potio, quæ partibus inferioribus competit, per loca transiens, in quibus tartarum, & calculus situm habent, ibidem sophisticatur: & propter suam humorum attractionem, p[...] quos trans situm facit, a tartaro vel calculo recipit impressiones, tartareasque proprietates quas retinet, secumque vehit ad regiones, ad quas a natura disponitur, in singula membra scilicet inferiora.

Contracturarum tartari quæ origo.

Quod si pauca fuerit huiusmodi substantia, manet in fundamento hærens & incurvationem dorsi facit. At si paulo plus fuerit substantiæ, prolongatur ad femora: si plurimum, ad extremas corporis partes, in tibias, usque transiens, contrahit omnes, impotentesque reddit. Non omnes hac ratione qui tartaro laborant, vel calculo, contracturas patiuntur, quod eorum calculosa, tartareaque substantia compacta coagulataque sit, ut humori spirituique vitæ permisceri non possit, illa sique renes, & vesicam transeant. Est & alia ratio, videlicet, quod arenosæ, calculosæque substantiæ paucitas, parum etiam infi[...]iant spiritum, isque non plus damni potest, quam receperit, inferre. Hæc est indubia ratio, cur vitæ spiritus & humor, quod nempe materiam ad se talem receperint, membra contrahant. Arenæ lithiasisq; materia lapidea est, acerrimæ concretionis & coagulationis: cum igitur venis, iuncturis, ossibus, medullis, & carnibus admiscetur, horum naturam immutat, nutrimentum ductus obstruit, venas & medullam ossium frigefacit, ut instar aceti congelati fiant, &c. Natura sua tamen per cômixtionem cum spiritu vitæ non immutatur, imo semper acrior euadens illum in qualitate magis falsificat, qui rursus id ipsum quod nutrire tantum deberet, etiam falsum, non ex suo, sed ex alieno facit. Ex ista qualitate, complexionum, & naturæ contrarietate, nascitur constipatio pororum, arteriarum, carnis, & medullarum in ossibus congelatio: sic ut per acetosam & tartaream huiusmodi frigiditatem, prorsus immobilia membra facta sint: nec solum propter frigiditatem, sed etiam ob aciditatis asperitatem ipsæ venæ corroduntur. Corrupta quædam est frigiditas omnis spiritus expers, & materia spiritu carens, tanquam acetum, quod fixum est absq; spiritu corpus, & membris inhærens humida frigiditas, spiritum nullum habens: quod aliis corporibus frigidis & humidis non contingit, quia viuentem ista spiritum continent, qui non permittit ea contra naturam aliquid moliri, sicuti scripsimus de acetosis in libro de *Lapide & arena*: quorum etiam generatio, contracturarum ex arena tartaroque prouenientium est origo, spiritumque vitæ, necnon eius humorem impedientis tartarea calculosaque sua proprietate membris in inferioribus dispersa diuisaque materia, prout supra dictum est.

Incurvatio dorsi & femorum. Calculo laborâtes cur non statim omnes contracturâ patiâtur. Spiritus & humor vitæ cur membra côtrahat.

CAPVT III.

De contracturis, quæ ex colica ducunt originem, in manus atq; pedes repartitis.

Contra-

Contracturæ quædam in colicis passionibus oriuntur, de quibus colicam & originem eius, quod in alio Libro particulariter tractemus, eam relinquentes hic loco scribere prætermisimus: quarum variæ sunt species. Nonnullæ cum aridit(ate): aliæ cum tremore: aliæ cum membrorum & venarum attractionibus: aliæ cum venarum prominentia: cum doloribus aliæ: quædam per membrorum indormitionem: aliæ cum vomitu prorumpunt: quarum omnium colica, vt in posterum audietis, caussa est. Primo cum tormina colica ventrem exagitant, vt eorum est proprietas, eius loci natura quærens auxilium ab ipsa natura, de membris carne minus onustis, vtpote brachiis, cruribus, & spina dorsi (quibus vitæ spiritus debilior exsistit, ideo facilior ad recedendum a suo loco, membrisque læsis succurrendum) attrahit humorem hunc vitæ, qui quod in illis membris paucissimus exsistat, totus affluit: non ita quidem a carnosis. Vbi iam humor vitæ relictis suis membris peruenerit in ventrem, a colica etiam materia propter coniunctionem inficitur, illiusque veneno quoque tingitur (de quo mentio fit in descriptionibus colicæ) & inde contracturarum tres species oriuntur. *Vna*, postquam per sciam cessauerit morbus absque medicamento, rediens vnde processerat, victoriã adeptus humor iste vitalis, ad singula sua membra colicæ perniciem secum vehit, quæ non alias, quam arena & lithiasis est contr(a) (n)aturam naturæ. Talis corruptio, quod contra membrorum naturam illa subintrarit, aliarum instar in contracturam transit, & inde sequitur impotentia. Quod ex quauis colica non accidat ratio est, quia substantiæ colicæ parum hoc sub humore vitæ penitus absumitur. *Secunda* colicæ contractura fit ex insufficienti, vel impertinenti medicamento, quod omnem huiusmodi materiam consumere minime potuit, & quod residuum fuit, humori vitæ permixtum est, qui postmodum sparsus in omnia sua membra, contracturas induxit. *Tertia* colicæ contractura nascitur, cum sub istis passionibus intratur in balneum, quia statim atque membra calefacta sunt, calor iste rursus humorem vitæ reuocat in suum locum, maxime quod eius sit proprietas, ad calorem se recipere. Vbi iam in sua venerit, secum adfert colicæ materiam sibi permixtã, & membris refrigeratis relinquit eam, quæ tandem operatur ex proprietate sua, capitaliaque membra quatuor impotentia reddit. Nonnunquam inter balneandum, si talis materiæ plurimum fuerit, quia iam alias quam assueta sit (in ventre scilicet, in brachiis, & pedibus se reperiat) continuo membra contrahit: eius namque salsedinis asperitas (cum nihil aliud sit colica, præter sal, vt igneis calore, aciditateque vehementissimis vrens) venas atque iuncturas impotentes reddit, vt in aliis suis agitatis proprietatibus: (si)ne solet: aliquando carnes & musculos, vt acidorum est natura, corripit. Talis est in istis locis contracturarum origo, quæ nihil aliud esse videntur, quam humoris vitæ in colicam attractiones, & postmodum istius in quatuor membra capitalia cum concepta malitia receptio, ibidemque manens corruptio similis tam diu, donec per eam humor ille vitæ penitus absumatur. Ex huiusmodi corruptionibus membrorum aridura nascitur, eo quod natura retrocedere, suasque nutriendi vires cogatur his amittere: [illegible] tum propter fellis aciditatem abundãtissimam, tremor in membris excitatur, in vno tam(e)n quam in alio magis: aliquando cum retractione membrorum, quod fellis natura sit, i(d) quæ dominatur, ea stringere: aliquoties cum extensione sæpe flua, propter humoris vitæ fortitudinem, qua membrum læditur ad impotentiam: & persæpe cum debilitatione propter eiusdem humoris deprædationem a colica factam. Insensitiuæ contracturæ sunt emortuæ, propter humoris corrosionem ab aciditate, frigiditateq; materiæ colicæ temporis successu factam, sic vt stupefacta membra non sentiant.

Contractura ex colica passione.

Eius variæ species.

Colica quæ contracturarũ caussa sit.

Contractarum ex colica species tres.

I.

II.

III.

Contractura ex colica quid.

Aridura vnde.

Contractura insensitiua.

Contractura sensitiua.

Sunt & aliæ sensitiuæ, quod robustum humorem vitæ retineant, qui se contra morbi conflictum defendere nititur. Quæ vomitum excitant, a colica procedunt, membra nondum obsidente prorsus, sed partim in ventriculum recepta per fel, cum infestat, vti libro de *Colica* demonstratur. Quicquid præterea de prædictis contracturis scitu necessarium fuerit, capitulo de cura continetur.

Capvt IIII.

De contracturis quæ ex cholera proueniant.

Contractura ex cholera orta, omnium pessima.

OMnium est pessima, quæ a cholera gignitur contractura: nam transmutatione contra naturam, ex totius corporis accensione, cum externorum, tum internorum membrorum in choleriscis tantum, & præsertim in mulieribus, in omnia membra producitur in hunc modum. Ad excessiuam hominis choleram, fel aciditatis stipticitate sua calorem addit in corpore, quo tandem in venis omnibus accendit sanguinem, ex cuius feruore sudant venæ sub cute: sudor hic est sal, in quo viuit & conseruatur sanguis, vti de sanguine suo loco dicitur: huiusmodi sal ad venas, neruos, & carnes transit, ac ad omnia, quæ corripere potest asperitate sua. Sic etiam ex impressissima cholera solet accidere, cum per vniuersum corpus sæuit, huius motu sudor excitatur perquam acidus, qui nulla alia motiua cogi potest in exitum, quam superfluo calore per choleram ortum habente, quo fel accenditur in amaritudinem, eam adfert, ac vna cum sudore per venas ad sanguineum transit: postmodum acrimonia fluxionis istius, in marcialem aquam sal huiusmodi resoluitur, per quam dictorum quatuor in vnicam formam essentialem fit in venis & iuncturis commixtio, sicut in aliis. Postquam sudor huiusmodi cholera motus iam cessauerit, fel ad suum locum redit, sedatur calor, sed remanent illæ commixtiones in locis, ad quæ cholera sudorque promotæ sunt, quia non recedunt a iuncturis, in quas receptæ semel fuerint. Cholera pariter abeunte, mox adest humor vitæ, qui cum dictis commixtionibus iunctis, acrimoniæ materialem earum subtilitatem recipit, hac etiam brachia, pedes, & exteriora membra quæque reddit contractionibus impotētia. Periculosa tandem cura subsequitur,

Cholera mulierū inordinata.

atque difficilis, & potissimum in mulieribus, quibus tam inordinata cholera naturaliter inest, vt sanguinem vitæ spiritu suo prorsus euacuet. Quapropter in mulieribus cholera contracturarum curæ difficiliores exsistunt, quam in viris, & plerunque mortem inducunt: maxime quod accedat inuidia, per impressionis ascensionem ortam: quæ non alias ac fel ascendit, ac mouetur ab inuidia, sicuti fel a cholera. Fieri potest igitur, vt ex inuidia nascantur incuruationes, & ex illis cōtracturæ, prout ex cholera proueniunt.

Contractura ex cholera in mulieribus difficilior curantur.

Contractura cholera quid & cur minus curabilis.

Est itaque choleræ contractura, calor ab exterioribus choleræ motibus ascensus, quo spiritus, & humor vitæ contra venas & iuncturas inficiuntur, & corpus suum in contracturam ducere, motumque similem in his magis, quam in aliis contracturis exsistere coguntur. Inde fit etiam, vt minus aliis curabiles exsistant, raroque penitus curari possint: nisi spiritus adhuc aliquid residuum sit in membris, totusque nō fuerit exsiccatus, sic vt ex tantillo rursus multiplicari queat, alias frustra curabitur, vt in practica latius.

Capvt V.

De contracturis ab excesßiuo potu prouenientibus.

Contractura ab excessiuo potu.

EX vino superfluc poto generantur etiam contracturæ, quæ prolixissimæ durationis, membra præ ceteris excedentes, & ex sua natura difficilimæ curationis exsistunt, hac de caussa. Vinum spiritus habet subtilissimos: quos vbi potum fuerit,

vna

vna cum humore vitæ permiscet, facileque recipiuntur, cum propter similitudinem, tum etiam ad humoris vitalis nutrimentum. Permixtione facta, vini qualitas calida & sicca suas operationes exercet indomite: propter sui subtilitatem tartarum in se resolutum etiam continet: inde fit, vt cum tempore magis atque bibitum, humorem vitæ magis exsiccet, absumatq;, nec vegetare permittit: quod vbi perfecerit, membrum eo loco priuatur suo nutrimento, motu post, & vltimo vita: venæ siquidem, vt ex sua natura, stringuntur, arescunt, ariduraque subsequitur, aut crassus spiritu vitæ vacuus humor esse sit. Non tamen omne vinum id efficit, potissimum illud quod subtiles admodum, tartareosque spiritus non habet. Quapropter ex aliquo podagra vel calculus oritur, sicuti libro de Podagra & Lythiasi diximus, hoc fit ex diuersitate naturæ, cum vini, tum hominis, vti libro de varietate crescentium secundum naturam ponimus.

Vinū habet spiritus subtilissimos.

Vinum quodnam contracturam inferat.

MEDICORVM EXCELLENTISSIMI DOCTORIS AVREOLI PARACELSI

Tractatus alter, de cura, & medicamentis, quæ sunt Contracturis adhibenda.

Capvt I.

De ordine differentiaq; seruandis in practica.

CVm supra quinque contracturarum origines posuerimus, æquum etiam fuerit, earum curas ex ordine describere, quod prętertim hoc Capitulo facere conabimur. Eadem, præmissæ contracturæ, non diuersa ratione curandæ sunt omnes, & in sui cura non separandæ, quod eundem habeant exitum, & principiorum caussa medicamentis non indigeat. Nam atque morbus a membris expulsus est, & spiritus humorq; vitæ restituti sunt in pristinum suæ naturæ statum, isti per sese curant, ac omne quod vitiosum est, explodunt. Primo de cura dicimus, medicamenta quæuis ad contracturas aperitiua pororum, humorum calefactiua, humectantiaque neruos & arterias esse debere. Hoc tamen animaduertendum est, vt in eodem gradu sint, in quo morbus ipse: nam si leuiora fuerint, inutilia prorsus futura: qualitates eorum morbi qualitatibus oportet ex æquo correspondere. Non omne calidum nec humidum quoduis, licet etiam aperitiua sint, &c. faciunt ad curam hanc: sed vt inclinationem habeant a forma specifica necessarium est, particulariterque particularibus etiam contracturis apta sint: quia via, non alia, cura possibilis. Notandum insuper, contracturas in supremo gradu morbi constitutas, & postremo non solum siccitatis, humiditatis, caloris, aut frigiditatis, verum etiam exstinctionis humoris, & mortificationis, æqualibus etiam extremum sanationis gradum obtinentibus medicamentis, & quæ ad vitam restituendam membris valeant, curari debere, non aliis. Talia proprietatum præparationibus rerum naturalium quæ sequuntur, at non omnium, acquiri possunt medicamenta. Spiritus vitæ reuocandus est, recuperandus, & renouandus, excellentissimis & confortantibus plurimum remediis, quorum humore nouo spiritus ille vi quadam

Medicamenta qualia esse oporteat in cura contracturarū.

introducatur in membra, de quibus praui cum ſuis venenis & infectionibus humores expellantur, ſingulari medicinæ practica naturaliter hoc ipſum operante. Conſiderandum eſt vlterius, huiuſmodi medicamentum, quod iſtis morbis reſiſtere debeat, non commune, non crudum, nec inſ[illegible]paratum (ni forte leuis, & quæ iam ceſſare cœpit, contractura ſit) exſiſtere debere, ſed ſpirituale quid, corpus totum penetrans cum proprietatibus antedictis. Duobus modis iſta cura fieri debet: vno quidem, vt illa membra, quæ ſunt a ſuo loco mota, reſtituantur, vt decet. Altero vero, quod maximis confortatiuis, vti ſunt, *Aurum potabile, Oleum Solis, Materia perlarum, Eſſentia antimonii, Arcana quintæ eſſentiæ, Aqua vitæ, Oleum vitrioli, Aqua tartari, Quintum eſſe gemmarum, Coralliorum, & ſimilium*, paulatim ſublenientur, cōfortentur, & in priſtinas vires reuocentur. At licet hæc vocabula ſint medicis antiquis, vel qui ſaltem antiquorum nomine medicorum ſe venditant, cum tamen antiquas denominationes & medicinas ignorent, incognita, non eſt quod cures aliud, quam, vt bene cures: illa tibi clarius in libro noſtro *Quintarum eſſentiarum, & eorum præparationes* pro maiori parte ponimus. Nunquam D. O. M ſufficienter canere laudes, nec agere gratias totum genus humanum poterit, pro tanto medicamento, quod paterna ſua liberalitate ſuis dedit creaturis: nam illud eſt ad calorem & frigiditatem, omniumque ſupplentiſſimum, humoris & vitæ ſpiritus ita reſtauratiuum, vt iſti poſtmodum quaſuis infirmitates naturaliter pellant, quæ ad finem a Deo poſitum impediunt corpora peruenire. verum vnde ſimilem efficaciam nactum ſit, hoc loco non: quia libro *Quintarum eſſentiarum* apertiſſime declaramus Admirabilis profecto medicina, quæ pariter humidum atque ſiccum, calidum æque ac frigidum curat. Hæc eſt ratio, cur generalem curam ad omnes contracturas ponimus, vt in auro potabili: cuius etiam non miratur quicunque vere philoſophus exſiſtit, quod aurum & eius proprietates, eiuſque ſupremum operationis gradum nouit, in confortatione totius naturæ humanæ: per quam ſolam omnes morbi ſunt, & potiſſimum illi, qui ſupremum gradum occupant, vt contracturæ curandi. Non alias in perlis vel vnionibus, cum præparatæ fuerint: & magis quam in illis in antimonio, qui virium in corpore eſt renouator omnium, vti loco de reſtauratione, vitæque renouatione ponimus: item in arcano quintæ eſſentiæ, in aquis vitæ, quæ per earum ſubtilitatem virtutes omnes in vniuerſa corporis membra ducunt, augentque: ſingulariter in viribus olei vitrioli, & aquæ tartari, cum ad ſimilitudinem eſſentiæ quintæ præparantur. Non minor eſt in corallio, pretioſiſque lapidibus virtutum efficacia, quæ ſingula præfatis libris enarrauimus: quod magis requiritur, addemus ad hanc practicam.

Contractura cura duobus modis fieri debet.

Quintarum eſſentiarum præſtantia.

Auri potabilis vires.

Perlarum vires.

Antimonii vires.

Aquæ vitæ & quintæ eſſentiæ vires.

Eſt & alius contracturas curandi modus, per externa medicamenta non inutilis, vt per fumigationes ex balſamis, & arcanis: per balſama terebinthi, lauri: per oleum ranarum, adipum, gummi: per arcana, compoſitum, ſolidum, & elementatum: quorum deſcriptiones ponemus: at præparationum proceſſus, cum in libro de Eſſentiis exſiſtant, hic ſuperflue non repetendi. Pariter ad vnguenta nullam demonſtrationem, quod in libro de *Ægritudinibus membrorum* habeantur, facimus, at ſolum practice docemus, curas cuique ſuam doſin & vſum adſcribentes.

Contracturam curandi modus alter.

CAPVT II.

De auro potabili, & oleo ſolis ad membrorum contractiones.

Diximus

Diximus antea, contracturas alio modo curari minime posse, quam per medicinas in supremis gradibus existentes, vt est earum aurum potabile similesque, de quibus in gradibus maioribus egimus: quamobrem earum, vt in libro de *Quinta essentia* dicitur, est habenda maxima cura.

Aurum potabile quid. Oleum auri. Quinta essentia auri.

Dicitur aurum potabile, quoties vna cum aliis spiritibus & liquoribus, in substantiam, quæ bibi possit, redigitur. Oleum eius est, cum ex sola sui substantia præter additionem, oleum iam factum est aureum. Quinta essentia dicitur auri, quoties ab eo rubea tinctura tracta, separataque fuerit a suo corpore: nam virtus, actiuaque vis in tinctura duntaxat existit. Dosis auri potabilis est ℈ j. *qualibet vice.* Olei dosis aurei pondus granorum hordei decem non excedat. Et quintæ essentiæ auri, granorum est trium similium per vicem aquæ vitæ bonæ, vel alterius aquæ subtilissimæ commixtorum, maneque, sub meridiem, & vesperi sumtorum, pro medicinæ quidem exigentia: quæ sine corrosiuorum, aut corrumpentium additione fit, eius naturã immutare minime valentium, vel cum ea permisceri.

Auri potabilis descriptio.

Auri potabilis descriptio.

℞. *Auri foliati, puluerati, necnon in succum soluti* ℥ j. *Et aceti destillati quãtum satis est,* addito, simulque destillando toties a se mutuo separaro, quoad saporis eius, quod adiunctum est, nihil prorsus maneat. Postmodum sume subsequentis aquæ vitæ ℥ v. quas in pellicanum affusas vna simul per mensem digerendo, perfectum habes aurum potabile, cuius practicam ex libro nostro de *Quinta essentia*, discas oportet: quæque licet multis coloribus non depingatur, vt moris est, par tamen hoc seculo medicina reperiri non potest.

Eius aquæ vitæ descriptio.

Aqua vitæ descriptio.

℞. *Vini ardentis lib. decem, Rosarum, Melissæ, Rorismarini, Anthos, Cheiri, Foliorum vtriusque, ellebori, Maiorana, ana m. j. Cinnamomi, Macis, Nucismuscatæ, Garyophyllorum, Granorum paradysi, Piperum omnium, Cubebarum ana* ℥ ij. *Succi chelidoniæ, Hypsi, Melissæ, ana l. v. ß. Cinerum fabarum* ℥ v. Mixta simul omnia per duodecim dies in pellicano digerantur, separa tandem, & vtere, sicuti dictum est.

Olei solis descriptio.

Olei solis descriptio.

Postquam succus ab auro per acetum, vti supra, fuerit separatus, bulliat quindecim diebus in digestione, quæ sequitur, deinceps balneo separetur, & in fundo manebit oleum spissum, quod aurum est per mixtionis expers. Hoc vtere sicut supra.

Corpus digestionis eius sit hoc modo.

℞. *Succi chelidoniæ, Aquæ vitæ ana lib. j. Resoluti solis, vt supra* ℥ iij. Misce simul, & operare sicut audiuisti.

Formula quintæ essentiæ.

Quinta essentia formula.

Accipe quantum voles auri, per cementum regale, vel antimonium repurgati, cui per aquam salis metallicam proprietatem, aut malleationem auferas. Postmodum ablue residentiam aqua dulci. Tincturam eius extrahas per spiritum vini. Postremo spiritum eleuabis ab ea, manebit in fundo quinta essentia.

Aquæ salis constructio.

Aquæ salis constructio.

Sal tritum accipe mundissimum, & albissimum per se, quod sine decoctione, bullitione, vel alia quauis arte, qua sal fieri consueuit, a natura productum sit, hoc ipsum

liquefacias aliquot vicibus, & subtilissime tritum, ac vna cum succo radicum raphani mixtum, atq; solutum destillabis, & cum sanguineus dum viridis exstitit, iterum ponderibus æqualibus admixtum destillato quinquies. In isto liquore laminatum solem, vt supra diximus, in puluerem solues. Abluatur hic puluis aqua limpidissima, destillataq; toties, donec omnis ab eo salsedo recedat: libenter enim sal separatur ab eo, quod non misceatur corporibus in profundo, quapropter ablato corrosiuo, manet aurum per se solum, vt oportet.

Spiritus vini extractio.

Spiritus vini extractio. ℞. *Vini mensuram vnam optimi, naturalis, & rubei potius quam albi,* quod in circulatorium vas amplum (vt melius rotetur) positum, & obstructum, ac in balneum maris ad profunditatem vini mersum, per quadraginta dies bulliat. Postmodum effusum in cucurbitam destilla frigide tam diu, donec spiritus exierit, & postquam signum suum non dederit amplius, cessato mox (alias in secunda parte Chirurgiæ magnæ sic habetur.)

Postquam dederit signum suum, cessabis: nam quod sequitur, est aqua vitæ, non spiritus. vtrumq; valet: quia signum hoc loco duplum apparet, vnum spiritus, alterum aquæ vitæ.

Hunc vini spiritum ad residentiam effundes, quæ est pulueris instar mundissimi, sic vt fex digitorum latorum altitudine supernatet, clausaq; simul omnia vitro peroptime, digerantur in balneo diebus triginta: quibus tinctura spiritum subintrat, in fundo residet puluis albus. Separa per artem, & fluat puluis, inde fiet aqueum metallum, vel aqua metallica. Spiritum euaporare permittas, vt Alchimia docet, manebit succus liquoris similitudinem habens in fundo. Liquorem hunc ad quinam vicem graduabis, per vas retortum pro quantitate materiæ, substantiæque capax: graduatio talis fit per eleuationem duntaxat, quæ subtilem reddit huiusmodi substantiam, sed vltra quintam essentiam se trahi non permittit.

Alias eodem Chirurgiæ magnæ, quo supra loco subsequitur, hoc est, tj.iiij.o. vlterius comburitur.

Vsus istius essentiæ quintæ est, vt superius, & libro de Quinto esse latius declaratur.

CAPVT III.

De medicamine materiæ perlarum, & essentia antimonii.

Materia perlarum quid. Materia perlarum, succus est ex margaritis & vnionibus tractus, & potabilis, ita potens, vt inter spermata nullum illi simile ferme reperiatur, cuius extractionis modus talis est.

Formula conficiendi margaritarum succum.

Margaritarũ conficiendi succum formula. ℞. *lib j. aceti destillati mundissimi, aquæ vitæ circulatæ libram semis, margaritarum mundatarum vncias quatuor,* quæ postquam pulueratæ subtiliter, & præparatæ fuerint, vna cum aliis in circulatorio digerantur per mensem: subsidebit materia perlarum, vt pinguis liquor: qui cum apparebit, separentur aquæ per effusionem succo reseruato, de quo dentur grana sex per vicem. Sunt & aliæ succum huiusmodi parandi viæ, sed hæc est omnium vtilissima.

De

De essentia antimonii.

Essentia antimonii est purgatio præter secessum, quæ purgat hominem excellentissime super alia quæuis arcana, radicitus euellit auferendum, ac etiam e quod immundum reddit humanum corpus: hoc in supremum vsque sanationis gradum purum efficit, ac ab omnibus ægritudinibus mundat, etiam illis, ex quibus oriuntur vlcera. Quidquid penes hominem fuerit impuri, delet, ac magis omne quod in homine per hominem indecentis inueniri potest. Si tu medicinam hanc vel potius arcanum reperias, imperito ne dederis. Philosophi, nec non artifices plurima tentarunt in antimonio, verum ad fundamentum eius purum & perfectum peruenire non potuerunt ante mortem, quam etiam priusquam nasceter, persoluerunt. Hæc loco præparationis eius principium non, quod in libro nostro de *Quinto esse* reperiatur, sed remedium contra colicam ponimus, vt sequitur. *Antimonii essentia.*

Ad colicam.

℞. *Aquarum melissæ, Vitæ circulatæ, Succi chelidoniæ ana* ℥ iij. *Florum alborum antimonii* ℥ j ß. Digerantur diebus duodecim. Postmodum separando per balneum, inuenies essentiam antimonii, de qua dosin vnam facies ℥ ß. qualibet vice.

CAPVT IV.

De remediorum arcanis essentiæ quintæ, sulphuris, & aquarum vitæ pro contracturis.

ACcipe *florum sulphuris lib. ß. Florum alborum antimonii* ℥ j. ß. *Succi auri* ℥ j. *Aquæ vitæ circulatæ* ℥ x. Digerantur ad mensem, & in massam duram congelantur. Huius qualibet vice ʒ j administrabis. *Arcana essentia quinta & sulphuris.*

Aquæ vitæ mirum in modum penetratiuæ compositio.

℞ *Aquarum melissæ, Rosarum, Cheiri, Saluiæ, Balsami ana lib j Piperum omnium, Cubebarum, Zingiberis, Cinnamomi, Masticis, Myrrhæ rubeæ, Maceris, Caryophyllorum ana* ℥ ij. *Succi mendæ lib.* ß *Aquæ vitæ rectificatæ lib. v.* Digerantur omnia simul per nouem dies, & postea separentur, & in pellicano destillentur ad spiritum. Fandem ad liquorem hunc adde pomum tostum, & fractum, & simul vna cum sub equentibus aromatibus digerantur super cineres per iij. dies: de qua sumantur grana quinq; singulis diebus. *Aqua vitæ compositio.*

℞. *Cinamomi caryophyllorum, macis ana* ℥ ij. *anthos, cheiri ana* ℥ ß. *ambræ* ʒ ij. *musci grana v. zibetæ* ʒ ß *zingiberis, cubebarum, nucis muscatæ ana* ℥ j. ß. *amomi* ʒ ij. *zedoariæ* ʒ ij. ß. *granorum paradysi* ℥ j ß. Post horum omnium digestionem separa seruaq; vasis vitreis obstructissimis.

CAPVT V.

De medicamento vitrioli & tartari pro contracturis.

OLeum vitrioli per seipsum absque additione, sed ex proprio succo medicina est: at quia non omne vitriolum perfectum, non immerito quod optimum fuerit eligendum, ex quo phlegma totum, & oleum exhauritur, postea rectificatur a suis fecibus toties, donec ad spiritum exaltetur: de quo tres guttas administrabis cum alia conuenienti quapiam aqua mixtas: poteris & aquarum vitæ pauxillū affundere. Non *Vitrioli & tartari medicamentum pro contracturis.*

reperitur medicamen aliquod penetrantius membra citius, aut materialius isto perquires a fundamento, quam tibi iam posuimus. Est & aqua tartari tracta de vero tartaro, perquam excellens ad ea, quæ dicta sunt, vt etiam libro de Quinta essentia scripsimus.

Processus in extractione phlegmatis, & olei vitrioli, tendens ad contracturas.

Spiritus vitrioli vt extrahatur. Ad extractionem spiritus vitrioli, qui est omnium excellentissimus & potentissimus, licet ab aliquibus phlegma nuncupetur, hoc modo procedendum est. Igne violentissimo, necnon in erecta cucurbita, vsque ad nonum alem bicum, per scuti beratorium in athanar locatum ad quartum diem naturalem vrgeatur, & spiritus hic præparatus erit.

Processus ad aquam tartari pro contracturis.

Aqua tartari pro contractura. Tartarum optimum acerrime destillatum, in pellicano subtilissime rectificabis, cui quidem aquæ vitæ rectificatæ partem æqualem addes, eiusque decem guttas administrabis qualibet vice. Habet enim tartarum peculiarem vim ad membrorum contractionem curandam, & proprietatem ad penetrandum per vniuersum corpus. Sunt & alii lapides, quorum liquores eandem vim obtinent a natura, prout corallia, colorataque, quorum hoc loco mentionem nullam facimus, quod pauci sunt, ac Essentiarum libro contineantur. De confortantibus & internis dictum sit hactenus, licet breuiter. Libro de Essentiis quære latius.

CAPVT VI.

De fumigationibus membrorum contractorum per extrinseca medicamenta.

Contra Herñ curapor fumigationes. POssunt etiam contracturæ per extrinseca remedia curari diuersimode, sicuti ponemus per suffitus & fumigia, prout sequitur. Contractum siue pedem siue brachium includes in vas appropriatum satis amplum, vt in eo constrictum non sit, ac vas cooperiri valeat, ne fumus exhalare possit. Postmodum accendes quod sequitur, & in vas reconditum cooperi, tantisper ibi maneat, donec fumus ille cessauerit: hoc fac per medium diem. Si suffimen vnum videatur non sufficere, plura fiant. vapores in vase densabuntur in liquorem, vt in alembico solent.

Huiusmodi subtilis vapor, qui proprie fumus non est, penetrat, membrum calefacit, venas & humorem vitæ restillat ac ad naturalem vitam reuocat. Processus hic tenendus erit, donec durabit infirmitas. Instrumenta, vas, & alia quæ necessaria sunt ad hanc rem, ponimus in libro de Curis vice um, vltimo cap. de vaporibus.

Receptum.

℞. *Olei oliuarum, olei iuniperi ana* ℥ *v. mastiçis lib.* ß. *Terebinthinæ* ℥ *iiij.* ß. *Salis petræ* ℥ *j.* & ß. Mixta simul in caccabo succedens, accensa per optime super fundum vasis inferius, & intus pones, ac membrum teneatur supra vaporem, cooperiatur vas fundo superiore, ne vapor exeat. Cum perceperis extinctam esse materiã, eximatur rursus accẽdas & impones toties, donec tempus supradictum impletum sit. Vapor iste mirum in modum calefacit ac recreat membra. Sunt & alia suffimenta, quorum hic vnum adhuc ponemus.

A.cipe

Accipe *taxi pinguedinis, olei olinarum, adipis ranæ minimæ viridis, & calamitæ appellatæ ana lib. j. myrrhæ, mastiois, therebinthinæ ana lib. ß.* Accende, ficut supra dictum est.

CAPVT VII.

De balsamis, quibus & contracturæ curantur.

Fiunt & quædam laudabilia balsama, quibus contracturæ curantur, & quorum magnus est numerus: nos tamen ea solum huc adducemus, quæ nobis cum vsu, tum experimento probatissima sunt. His enim calidis membra sunt optime perungenda, singulis diebus ter, & absque intermissione. *Contracturarum cura per balsama.*

Primum balsamum.

℞ *terebinthinæ destillatæ lib. ij. Galbani destillati lib. j. Gummi elemni destillati lib. ß.* Rurius destilla simul, & inde fac balsamum a suis fecibus & phlegmate separatum, eo demum vtere, vt supra.

Aliud balsamum.

℞ *terebinthinæ, oleorum laurini, olinarum, iuniperi, ana lib. j. mastiois, myrrhæ, thuris, singulorum lib. ß.* Destilla per se, quæ sunt eiusdem qualitatis, videlicet olea per se, reliqua tria etiam per se, quæ mixta simul iterum destilla semel, & vtere ficut audiuisti.

Aliud.

℞ *Adipis taxi, seu ceruini, ranarum adipis, ceræ ana lib. j. masticis lib. ij. thuris lib. ß. euphorbij ℥ iij.* Destilla ficuti supra narratum est.

Aliud.

℞ *Gummi oppoponacis lib. j. Galbani lib ß. Armoniaci quartam j. Bdellij quartam ß.* Simul commixta cola per acetum, & in oleum destilla, cui tandem ea, quæ sequuntur addes. ℞ *Terebinthinæ destillatæ lib. iij. Olei philosophorum lib ß. Olei laurini destillati lib j. Mastices, Thuris ana lib. j.* Destillentur omnia cum oleo prædicto rursus in oleum, huic ea, quæ sequuntur imposita simul, in sole digerantur vase vitreo.

℞ *Styracis liquidæ ℥ j. ß ranarum numero xx. adipis taxi lib. ß. aceti destillati, vini ardentis ana ℥ j. ß.* Postmodum mensem exprimens, vsuique reseruabis. Notandum est insuper, ex prædictis naturalibus corporibus, quolibet per seipsum sufficiens esse, cum destillatum & rectificatum fuerit, vti per Alchimiam huiusmodi præparationum vnicam artificem docetur.

Aliud.

℞ *Lignorum iuniperi, Fraxini, Sabinæ, id est, Tamaricis, Fagini ana lib. .* E quibus arte communi destilletur oleum, quo quidem rectificato per pellicanum, vtere.

Aliud.

℞ *Seui ceruini lib. iij. Adipum felium, Vrsi ana lib. j. Taxi lib. v. Hirci lib. ij.* Ex quibus etiam oleum destilletur, huic ranarum viuentium sex libras addito. Postmodum rursus destillato, quæq; sequuntur imponito: videlicet.

Seui ceruini lib. Adipis taxi lib. iij. Ceræ lib. ß. Aceti quartam ß. Et vna cum præcedentibus fiat vnguentum. hoc in contracturarum diebus primis vtere potissimum.

CAPVT VIII.

De arcanis & contracturarum aliis medicamentis.

Contra-cturarum arcana.

LAtius te lectorem facere cupio participem arcanorum, quibus non alias quam balsamis contracturæ curari possunt, quorum etiam forma non olei, vel pinguedinis, at aquæ similitudinem refert. Quare de re dicuntur arcana, quod reliquas excellant aquas. Horum arcanorum species quatuor exsistunt: videlicet Arcana compositum, Solidum, Elementatum, & Metallicum.

Formula arcani compositi.

Arcanum contractura compositum.

℞. Alcool vini lib. vj. Cantharidum ℨ x. Canapi, foliorum Tapsi, Camomillæ, Hypericonis ana m. vj. Tere, misceque simul, & in sole, vel fimo digerantur per mensem, destillentur postmodum, & huic ea, quæ sequuntur, impones.

℞. Canapi, Florum tapsi, Camomillæ, Hypericonis, Centaureæ, Prunellæ, Betonicæ ana lib. ß. Masticis, Mumiæ ana ℨ j. ß. Thuris ℨ v. Lumbricorum terrestrium, Ranarum ana lib. ß Destillentur in circulatorio per octo dies, hoc vtere non alias quam de balsamis supradictum est.

Arcanum solidum.

℞. Succi flammulæ, ex tota substantia: hoc est, ex floribus, caule foliis, & radicibus, Succi florum tapsi ana lib j. Alcool vini lib. ij. Digerantur in ventre equino per decem dies, & his vtere sicut supra.

Arcanum elementatum.

℞. Chelidoniæ, Melissæ, Erucæ, Iuuæ arthetica, Florum tapsi, Papaueris, Centaureæ, Bethonicæ, Parthenionis, Hypericonis ana m. ij. Terantur omnia simul, & aceti parum per addito, putrificentur, & exprimantur optime, succusque per circulatorium vas decem diebus ascendat absque intermissione, quo liquore tandem vtere: nec erit inutile masticem addere, similiaq;.

Arcanum metallicum.

Resolutum accipe metallum, quod circuletur octo diebus, dulcificetur postmodum, & in vsum assumatur. Metallorum tamen discrimen erit faciendum: Solis est aqua metallina præ ceteris ad contracturas præstantissima. Breuiter hoc loco discurrimus ea, quæ de Quinta essentia libro latissime contenta sunt.

Caput IX.

Conclusio de contracturarum curis, per quam earum vires declarantur.

Medicamenta contractura sunt interdum minus iuuent. Morbus nullus absque medicamento & remedium.

IAm aliquot recepta pro contracturis posuimus, pro maiori parte non incognita, quorum si debito præparatum fuerit ordine, pariter & administratum, quodlibet est ad curam sufficiens. Verum quod aliquibus non subuentum est aliquando caussa duplex assignatur. Prior atque minor, quod membro spiritus humorque vitæ prorsus relicto, nullo residue deperiit, naturæque medenti [illegible] infecti, vel naturalis balsami nihil in eo remanserit. Altera maior, est fatum [illegible], de quo libro de *Fatis* agimus. Vtraque non alias innotescere medico potest, quam ex perfectorum adhibitorum ad curam hanc medicamentorum effectuum nulla demonstratione, per quod indicium, alteram, vtramque diiudicare poterit occasionem, cur nihil efficere possit in contracturarum cura. De cetero nulla reperitur infirmitas, quæ proprium non habeat ex aduerso medicamentum: etiam nulla contractura per infirmitatem orta,

orta, cui resisti non potuit. Quapropter quoties vna morbi, toties & eius remedii caussa reperitur. Quod fatalibus morbis difficile mederi queat medicus, fidei defectus erga medicinam, & naturæ cursum id efficit. Quamobrem hic in terris spe constantissima duci, & mortalitatis, ac medicinæ vires, vt morborum etiam occasiones, & inimicum a corpore nostro pellendi modum cognoscere deberemus. Fatum nos etiam docet, per certitudinem exspectare hoc ipsum, quod impedire nullo modo possumus, & in nobis ipsis nullam, at in eo solo spem, ad quod Pater ille noster Deus, & ordinauit omnibus in operibus nostris ponere docet: vnde proueniunt ea, quæ libro nostro de *Fatalibus* profitemur. Verum enimuero, cum iam medicinæ tantam perfectionem habeamus, & quod magis est, misericordiam eius, qui creauit eam, spe firmissima freti progredimur, quantum ex eius voluntate nobis est permissum ad resistendum Fatis, medicamentis in supremo gradu, contra supremum infirmitatis gradum constitutis: in quibus etiam infirmitates superandi, post ea, quæ dicta sunt, magnam habemus fidem, vti prologo primo librorum omnium ponimus. *Morbus fatalibus cur difficulter medeamur.*

OPERIS CONCLVSIO.

Ad eorum veram & fundatam conclusionem, quæ dicta sunt, notandum erit his, qui metallorum essentiam & originem ex ratione vera cupiunt cognoscere, metalla nostra nihil aliud fore, quam lapidum communium partem potissimam, optimamque, lapidum, spiritum, gluten, seuum, butyrum, oleum, & pinguedinem, quæ adhuc in lapide mixta non bona, non pura, nec sincera, minusque perfecta sunt: hæc est ratio, cur in lapidibus quæri, reperiri, cognosci, separari, & per contusionem ac liquefactionem extrahi debeant. Quo facto non sunt amplius lapides, sed præparata completaque metalla syderibus cœlestibus comparanda: quæ quidem lapides a terrestribus secreti sunt. Postremo si quispiam inuestigare cognoscereque mineralia metallaque voluerit, est quod firmiter sibi proponat, in communibus cognitisque mineris semper non esse quærendum, nec in profundo montium: quia sæpenumero facilius inueniuntur in superficie terræ, quam in eius vtero, copiosiusque. Hac de caussa quiuis lapis in aspectum oblatus, siue magnus, siue paruus, rupes integra, vel cos exstiterit, diligenter examinandus, cuius proprietatis, aut naturæ sit: nam aliquando coticula reperitur, quæ licet aspernata, vaccæ valorem excedit. Non est etiam opus considerare latius, vnde lapis hic originē habeat, aut a quo maiore sit auulsus, vt eius copia maior haberi queat, quia non aliunde quam a cœlo, quod habet, ortum est. Reperitur & vilis terræ puluis, aut arena, quæ ☉ & ☾ plurimum contegit, secumq; vehit: hæc notato. *Metallorū essentia & origo vera qua.* *Lapides diligenter examinādi.* *Coticula interdum pretiosa.*

FINIS.

INDEX RERVM ET VERBORVM IN BERTHEONEA

contentorum.

A

D.

Elemen-

E.

F.

G.

H.

Pha-

F I N I S.